





12

G.16. num. 29. L. 23a  
16.23.

C. D.

1690, 20

30

DISPUTATIO JURIDICA  
DE

# ÆSTIMATIONE JUDICIS,

von

## Richterlicher Sermäßigung/

Quam-

ACADEMIÆ JESENSIS RECTORE  
MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO

JOANNE GVILIELMO,  
DVCE SAXONIÆ, IULIACI, CLIVIÆ  
AC MONTIUM ETC.

P R Ä S I D E

## PETRO MÜLLERO, JCTO,

Consiliar. Saxon. Pandectarum Professore, Curiæ  
Provincialis & Scabinatus Assessore, ac Collegii Juridici  
DECANO,

D. Februar. MDC XC.

IN AUDITORIO FCTORVM

publice velitationi exponet

PAULUS ANDREAS HEMMANNUS,  
Gerà - Variscus.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE

JENÆ, Typis PAULI EHRICHIL. 1712.

**ESTIMATIONE  
JUDICIS**

**De diligencia et cura quædam**

**ACADEMIE LENENSIS RECTORIS**

**MAGNIFICENTISSIMO**

**SERVIZIO PRINCIPALI ET DOMINIO**

**DOMINO**

**JOANNE GALLIENO**

**DAC SAXONIA, LAVAGI, CIVITATE**

**VO MORTUAM ET**

**TRISTIADE**

**PETRO MULIERO. Iejo.**

**COUNTIUS SAXONI PHILIPPUS HUGO JACOBUS OMIUS**

**PROLITERIS**

**DOMINO**

**D. FEDERICI MDCCXC**

**IN ACADEMICO ACTO RUM**

**PROLITERIS**

**PAULUS ANDREAS HEMMANNUS**

**1694-1711**

**PAULUS ANDREAS HEMMANNUS**

**1694-1711**



## PROOEMIUM.

**T**antam in Orbe esse malitiam, tantam ingeniorum levitatem, ut varias sibi invicem molestias scienter ac deliberato causare non erubescant homines, nemo negabit. Videmus enim alios, quibus plane omnis litigandi causa de-est, contra proximum tamen falsa crimi- na & lites temere intentare. *I. 4. C. de Calumniat. c. calumniam, 4. extr. de pœn. l. 39. §. 1. ff. de liberal. cauf. l. 37. de Minor. resque varias vexandi caufa petere. I. 1. §. 2. ff. simul. ventr. nom.* De quo scelestissimo conatu, e- jusque coercitione Dd. passim ad tit. ff. & *C. de Calumniat.* consulendi sunt ; Alios itidem, si aliquam forte causam ha- bent, deprehendimus, qui suâ sorte non contenti, à proximo plus petunt, scil. vel re, si majorem summam, aut plane aliam rem, vel loco, si incommodè ; vel tempore, si ante diem ; vel caufa, si quod alternativè debetur, simpliciter exigunt. §. 24. *I. de Action. Perez. ad C. tit. de plus petit. n. ult. Brunn. in Parat. Wef. tit. de judic. qu. 59.* Aded, ut hinc ex facili col- ligendum sit, quam necessaria & adhuc sint judicia. Scilicet, ut in iisdem caufæ controversæ non solum audiantur atque examinentur, sed etiam justa proferatur sententia, quo appareat, quid, quale vel quantum cuilibet litiganti

addici debeat. *Enimvero Judices, tanquam Ministri & Antistites Justitiae l. i. §. 1. ff. de J. & J. in dubio prius tentata inter partes Concordia.* *Vid. Brunn. in Proc. Civ. c. 1. n. 25. & c. 2. n. 12. Philipp. in Consid. ad Proc. Elect. Sax. l. tit. 1. & latius Wilb. Anton. de Freudenberg. de Rescript. Morat. tit. 9. concl. 63. n. 222. seqq. Dn. Struv. in Jupr. l. 4. t. 1. §. 1. ex officio necesse habent intendere, ut secundum prima juris principia in §. 3. I. de J. & J. add. Luddv. Ex. i. tb. 5. ibique alleg. suum cuique tribuatur, litesque quam celerime finiantur, l. properandum. 13. C. de judic. l. 2. C. de re judic. Hoc vero cum non uno modo contingat, sed vel lege expresse ita disponente, vel etiam si illa vel taceat, vel saltim obscure loquatur, ex proprio ipsorum arbitrio, juri non contrario. *Ayrer. in Proc. c. 2. obs. 4. n. 9. & seqq.* Itaque missò priori membro, quippe à Dd. quos magno numero collegit Arnold. de Reyber. in Thes. sub vot. *Judex.* fuisse pertractato, alterum jam paucis explicare animus est. Neque tamen instituti ratio est, arbitrium ex professo pertractare, quod sane prolixitas materiae non permittit; sed saltē hoc qualicunque opellā ostendere, quemodo & in quibus causis, in sua quantitate estimationi subjectis, *Judex* arbitrium suum interponere possit & debeat.*

Spiritus autem DEI sanctissimus virtutis sua magnitudine hunc laborem à me cœptum felicissime consummare velit. *l. i. §. 2. ff. de vet. jur. encl.* Omnia dirigat in sui Nominis gloriam, meumque commodum!

## CAPUT I. continens RUBRICÆ EXPLICATI- ONEM.

SUM-

## SUMMARIA.

- I. Utilitas materie commendatur. II. Unde derivetur *estimatio*. III. Quotupliciter sumatur. IV. Synonima. V. Unde dicatur *Judex*. VI. Latè accipitur hic vocabulum *Judicis*. VII. Intelligitur *Ordinarius* *equè* ac *Arbitrarius*. VIII. Quid sit *estimatio* *Judicis*.

§. I.

**M**ateriam *Estimatoris* in Jure multoties occurrere testis est *Spiegel. in Lexic. b. v.* Quid? quod hodie in judicis maxime frequens sit. Docet enim Experientia, quod tota die vel rerum, quæ non amplius exstant, pretium à partibus invicem petatur. vid. *Gadd. ad l. 14. ff. de V. Obl. n. 17. seqq.* vel etiam ex alia causa liquidationes exhibeantur. Ubi sane, quoniam homines naturā proni sunt ac faciles ad dissentendum. l. 17. §. 6. ff. de *recept. arbit.* præterea etiam ex communi illo & pessimo avartiae virtute sibi potius prospicere curant, rectissime ad *estimationem* *Judicis*, quæ ideo etiam subsidiaria dicenda, recurritur, qua mediante litigantes ex bono & æquo veritatem audiant, sicutque inter se concilientur. Ex quo uti summa hujus materiæ utilitas patet, ita nec contemnanda, quia potius ob id publice discuti merebitur. conf. *Nov. Lesson. 46.* Ordinem autem servantes statim cuiuslibet Vocabuli originationem arcessere lubet. l. 1. ff. de *J. & J.* l. 1. ff. de *reb. cred.* cum turpe sit terminare prius velle, quam terminos intelligere. *Valent. Riemer. de Subst. qu. 1. add. Julian. in l. 13. §. 3. ff. de reb. dub.* *Estimatio* igitur *Judicis* definienda erit tam quoad nomen, quam quoad rem ipsam.

§. 2. Descendit vero vocab. *Estimatio* ab *estimare*, *Schähen. Wirdern. scil.* quatenus fit mediante pretio, h. e. certa pecunia quantitate, quæ *estimandarum* rerum causa adinventa. *Calvin. in Lexic. doc. Pretium.* Hoc vero deri-

vat Valla ab æs & Græc. *τιμὴν*, pretium. Cui quidem vitio verunt alii Lexicographi, quod ex diversis linguis verbi originem desumserit; attamen cum ipsi ab Existimare deducant Budeus in *I. paulo post. ff. de Testib.* istius opinioni potius adstipulamur. Existimare enim rectius ab aestimare proficiisci, tradunt *Calvin.* & *Faber in Lexic. b. v.* Quod quidem Criticis merito ulterius examinandum relinquimus, contenti, aestimationem ortum habere aare, h. e. pecunia. Quippe cuius perpetua (non quidem generalis, ut vult *Acurius*) est aestimatio s. certa & perpetua determinatio & quantitas nullo temporis lapsu mutabilis. *vid. I. i. pr. ff. de contrah. Emt. Vend. ibique Gothofr. add. l. 3. de eo quod cert. loc.*

§. 3. Sumitur alias multifariam; significat enim (1) nudam considerationem & persensionem, ut not. Valla, quæ etiam dicitur religio judicantis in *I. 13. ff. de testib. add. l. 32. C. de fideicommiss.* (2) Emitionem. *I. 16. pr. ff. Jur. dot. l. 7. §. 1. ff. de publ. in rem. act. l. un. §. 9. C. de rei uxori. act. ibique Gothofr. add. l. 3. ff. loc. cond. l. 22. ff. rer. amot.* (3) Venditionem. *I. 10. §. 5. ff. de jure dot. scil. Synecdochice.* Aestimatio enim in omnibus juris articulis facit, ut res sit periculo accipientis, qui est Dominus. *Vultej. ad §. 16. I. de action. n. 75. in fin.* (4) Interesse in *I. 13. ff. de re judic.* (5) Bonam famam, ut in *I. 2. C. de pœn. jud. qui mal. judic.* Nobis verò erit determinatio quaestio aestimativa, eine Schätzung oder Erwägung in der Sache. *vid. Buchner. Fabrum in voc. Aestimo. Speidel. in Notabb. & Hahn. in Observ. ad Wesenb. tit. deb. cred.*

§. 4. Et hac voce sic intellecta in praesenti Differatione Synonyma esse poterunt (1) Existimatio. *Cic. in Paradox.* quatenus scil. denotat ex consideratione statutum *vid. I. 21. ff. de reb. cred.* Rebus enim consideratis demum arbitramur & consideramus. (2) Arbitrium, quatenus scil.

in

in bonum & æquum concipitur. (1) & 19. ff. de ret. arb. Unde etiam judices ordinarii possent vocari Arbitri, cum in genere tales sint, cuius res gubernatur. (2) 21. C. mandat. (3) Arbitratus. Gr. δικαστής. Gotbofr. ad l. 75. ff. pro socio. (4) Aëstimatum. (5) Judicatio. l. 6. C. solut. matrim. judicare enim aëstimare designat. (6) §. 1. C. de secund. nupt. & ap. Horat. l. 2. Satyr. 7. & aëstimator dicitur. Judex. (7) Taxatio in l. 192. ff. de Verb. signif.

§. 5. Vox Judicis proficiscitur, ut notum, à judicando, iure disceptando, cap. forus. 10. vers. Judex X. de V. sign. Calvin. in Lexic. b. judicium exercendo, quod est licitum ab illico, æquum ab iniquo publica autoritate separare. L. I. §. 1. ff. de I. & I. 47. ff. de Judic. Quamvis Varro lib. 4. de lingv. lat. Judicem à dico ducat, quod jus accepta potestate dicat, i.e. quædam verba dicendo item finiat.

§. 6. Intellectum autem hic volumus Judicem non in strictiori, sed laxiori significatu. Non tamen simul includimus summum cuiuscunque territorii Magistratum. Muller. de princ. & stat. Imp. c. 41. num. 1. Judicem judicem. Conrad. Brunner. de Heret. c. 17. n. 6. de quo recte dicitur habere manus. Baetæcav sive Omnipotentiam Civilem. D. Hartung. in Coll. Met. Jur. c. 3. §. 8. add. Reincking. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 6. quippe cui supremum Reipubl. arbitrium à DEO datum est, ideoquæ in throno justitia sedens ob interesse præcipue publicum in suis terris quoque aëstimare, eaque de causa Constitutiones taxatorias publicare solet, quæ postea, ut Leges vigeant, stricteque observentur. §. 6. I. de I. N. G. & C. Ludov. Ex. 1. tb. 13. Sic ratione onerum praestandorum aëstimantur feuda Vasallorum, aliisque Civium fundi, wird ein Güther-Anschlag gemacht. Magnif. Dn. Struv. in S. F. c. XI. a. 5. n. 12. & secundum vel sterilitatem vel fœcunditatem collectæ regulariter imponuntur. vid. l. 4. §. 1. ff. de Censib. & Censit. add.

add. Besold. in Theß. Pract. p. 1. voc. Anschlag. It. ratione Sportularum in judiciis tam Civilibus, quam Criminalibus habentur Tax-Ordnungen derer Schreibe-Hülfss. Erb- und anderer Gebühren. Quales jam olim promulgarunt Sereniss. Duces Saxon. Wilhelmus 1654. & Joh. Ernest. 1667. in suis terris. Et in patria dilecta Illustriss. Comes, Heinricus II. Patriæ Pater beatissimus id ipsum in Dicasteriis saluberrime constitutum reperitur; ne inquis exactioribus partes crucientur vel plane impediatur. Zacobias de Salar. qu. 56. n. 28. arg. cap. statutum. II. §. si quid a. de Rescript. in 6. & Nov. 82. c. 2. Quæ in justitia quidem olim poena quadrupli vindicata fuit, ut not. Gloss. ibid. Menoch. de A. I. Q. cas. 514. n. 7. Sed hodie iterum exolevit, cum plerumque in istiusmodi sanctionibus haec comminatio adjiciatur: Es sollen sich unsere Beambte nach dem vorgeschriebenen Tax allerdings richten / und bey Vermeidung unsrer Ungnade / und unausbleiblicher Straffe niemand darüber in einerley Weise beschweren; vid. alleg. Ord. in fin. Ut alias ob alias causas promulgatas principium aestimationes Legales nunc silentio involvam, quoniam, ut monitum, ejusmodi taxationes h. l. per vestigare non intendimus; Quicquid enim in Jure decisiū, vel in terminis, vel per Argumenta æquali pondere non contrariantia reperitur, illud judicis arbitrio, ut decernatur, relinquendum non est; vid. late Menoch. 3. remed. retin. poss. an. 339. ad 380. Treutler. p. 1. disp. 1. tb. 1. lit. b. prope fin. Potius nunc videbimus: Quid juris sit circa inferiorum judicium aestimationes ex arbitrio proprio instituendas.

§. 7. Diximus autem præced. §. nos intelligere Judicem latius, nimirum non tantum, quatenus in sensu suo famosiori & proprie dicitur *Ordinarius*, qui Jurisdictionem ex officio constitutam habet. Dn. Struv. Jupr. I. 4. t. 4. §. 14. penes quem

quem judiciorum vis & potestas est publica, de causis civilibus & aliquo modo criminalibus secundum juris & aequitatis normam cognoscendi. *Magnif. Dn. Struv. Ex. 4. tb. 53. seqq.* Lauterb. ad tit. de *Judit.* p. m. 23. Seu qui à Majestate ad causarum controversiarum cognitionem, & secundum jura & aequitatem decisionem publica autoritate faciendam constitutus. *vid. Job. Rogerai. Troche. tr. de Off. jud. in caus. capit. tit. 2. §. judicis.* Sed etiam Judicem improprie & analogice talem, h. e. *Arbitrum*, gewillthürtten Richter. Lauterb tit. de *recept.* Arb. p. m. 88. *Struv. in Jrpr. d. l. §. 15.* Quamvis enim ratione constitutionis judicium & arbitrium non sint idem, quia illud ex lege est. *l. 12. ff. de Judic. l. fin. §. 14. & 28. ff. de mun. & honor. hec verò ex conventione l. 1. 2. & seqq. ff. de recept. arbitr. vid. Gedd. de *Sequestrat. possess. c. 1. n. 67.* imò etiam ratione Jurisdictionis, quam privati nemini tribuere possunt. *l. 1. ff. de Judic. l. 3. C. de Ju- dic. omn. jud. Klock. vol. 2. c. 20. n. 16. seqq.* multūm differant arbitri à judicibus veris, *vid. Dessel. in Erot. J. Can. tit. de Arbitr. qu. 2. add. König. in Proc. cap. de Arbitr. p. m. 69. Ma- gnif. Dn. Preses in Jrpr. Elem. Disp. 52. tb. 2. lit. b.* in Effetu tamen maxime convenientiunt. *Dessel. d. l. qu. 1. Calvin. in Lexic. voc. *judex*. Magnif. Dn. Preses d. Disp. tb. fin.* Hinc ob singularem affinitatem non tantum ut judices habentur. *l. 9. 10. ff. qui satisd. cap. l. 31. C. de Appell. & consult.* Sed & promiscue judices dicuntur in *l. rem non novam.* *l. 14. C. de ju- dic. Menoch. Vol. 1. concl. 33. n. 6. it. Concl. 125. n. 3. Lauterb. ad tit. de *judic. in fin.* Enimvero deficiente licet vera Jurisdictione, eorum tamen potestas perinde est atque Jurisdictione, cum habeant notionem sive cognitionem. *l. ait pretor. 5. ff. de re judic. ibique Gotthofr. König. in Proc. l. c. p. 62. Arbi- trorum enim officium est, ut causam cognoscāt instar judicium.* *Magnif. Dn. Struv. Ex. 8. tb. 102. Imò ipsa arbitria ad similitudinē***

judiciorū redacta esse dicitur in *I. i. ff. de recept. arbitr. conf. l. 76. ff. profocio. & t. t. ff. & C. de recept. arbitr. Guttierrez quest.*  
*Can. l. 2. c. 2. n. 32. Gædd. de sequestr. poss. cap. 1. n. 63.* scil.  
 in quibus natura utriusque salva manet, ut eleganter notat  
*Arum. ad ff. Ex. 7. tb. 6. in fin.* Quicquid enim in judiciis sta-  
 tutum, debet in arbitriis observari. *Gloss. ad dict. l. 1. add. l.*  
*32. §. 9. ff. eod. l. 14. C. de Judic. Lauterb. ad tit. de recept. lit.*  
*Q. p. m. 90.* Id quod ulterius hic deducere supervacaneum  
 erit, cum fere omni dubio careat, atque locupletissimi Dd.  
 tractatus de hac materia extent, quos pasim allegavit *Arnold.*  
*de Reyber in Thesaur. sub voc. Index, Arbitr. &c. qnem vide.*

§. 8. Nos interim mentem melius explicaturi Aësti-  
 mationem judicis, quatenus denotat actum aëstimandi. §. 1.  
*I. de Emt. Vendit. l. 8. §. 5. de Inr. dot. l. 22. ff. rer. amot.* (non  
 quatenus pro ipso aëstimate sumitur, quomodo partis aësti-  
 matione aliquis condemnatus dicitur in *l. 9. §. 9. ff. commun.*  
*divid. add. l. 21. C. de jur. dot.*) jam describemus. Nimirum  
 est illa rei aëstimalibilis in quantitate præcipue consistentis co-  
 gnitio, ejusque pretii ab eo, qui potestatem declarandi ha-  
 bet, secundum juris æquitatisque normam legitime facta de-  
 terminatio. Onisis jam aliis definitionibus, quas tradunt  
*Ruland. de Commissar. lib. 4. c. 24. Majcard. de probat. vol. 2.*  
*conl. 650. & alii.*

## CAPUT II.

De

## MODO AËSTIMANDI PER SE.

### SUMMARIA.

- I. Aëstimatione fieri debet ex bono & equo. II. Secundum ar-  
 bitrium non vitiosum. III. Necesse ut precedat causa cogni-  
 tio.

tio. V I. *Investigatio circumstantiarum.* V. *Personarum, loci, temporis &c.* VI. *Judex se exhibeat, ut DEI Ministrum.* VII. *Ut religiosum & bonum virum.* IX. *Equitas juri scripto non adversatur.* IX. *Differt à Jure aggratiandi.* X. *Eft fundamentum Aëstimationis.*

## S. I.

**S**equitur nunc ipse modus aëstimandi, cum primis judiciis observatu necessarius in negotiis, quæ solus, absque auxilio aliorum (vid. cap. seq.) secundum proprium arbitrium expedire satagit. Hic igitur in sequentibus consistit, quæ summa cum Vigilantia sunt observanda judicii, nisi ipse munere indignus fieri velit, nec aëstimatio iniquitatis notam recipere debeat. Semper enim in ipso Sanctitas, Prudentia & Justitia requiritur. *Fulv. Pacian. p. 2. de probat. c. 44. n. 4.* debet esse Sanctus, inadulabilis, erectus, certificus. *Steph. Gratian. discept. for. in pref. n. 20. Conf. Konig. in Proc. & aliis.* Quæ requirita quilibet judiciorum præfectus regulariter habeat necesse est, si nomen judicis tueri vult; Et quidem in Aëstimationibus non minus, atque aliis quibuscumque negotiis, quippe cum illæ ex ipsius voluntate & arbitrio fieri debent. Quamplurima enim ita ex bono & aëquo decidenda Magistratibus esse relæta, dubio omni caret, cum non omnina legibus, vel saltem commode in jure exprimi queant. vid. *Julian. in l. 10. & seqq. ff. de LL. Mevius de lev. inop. deb. c. 1. n. 254. seqq.* Ex impossibilium enim numero est, casus, qui quotidie emergunt, examusim posse definire atque Legibus comprehendere l. 10. §. 12. ff. de LL. Proinde jura nostra in casibus lege vel consuetudine, vel ob varietatem circumstantiarum non determinatis permittunt judicii, ut secundum arbitrium rem decidat l. 1. §. 2. ff. de Jure deliber. text. inc. 4. extr. de Off. & potest. deleg. Recess. Imp. de do. 1654. §. 34. ibi: Zumahlen aber nicht wohl möglich alle und jede Um-

ständen bey denen Processen und Handlungs-Terminen auff einmahl vorzusehen / sondern denen daffals künftig erscheinenden Mängeln/und deren Verbesserung halber dem Arbitrio judicis nach Anleitung der Ordnung p. 2. t. 36. und Reichs-Abschied zu Spreyer anno 1557. §. Ferner nachdem anheim zu geben: add. §. 7. ibi: Doch salvo judicis arbitrio. Magis enim judex scire potest circumstantias quotidie de novo eventientes, quam Lex. Quæ etiam causa fuit, ut lex omitteret, quæ non potuit de novo quotidie & diversimode militantes circumstantias in singulis hominibus considerare. Petr. Mollius Majoricens. Iot. in Respons. pro Amic. dub. 3. n. 10. & 11. Unde judex ab Egvinario Barone de divid. & individ. c. 4. n. 11. Auxilium Legis appellatur.

§. 2. Quemadmodum autem judex DEO proxime accedit, t. non est c. qui malos 24. q. 5. ubi DEI Minister audit, & juxta Philosopb. l. 5. c. 6. text. 89. Juris, h. e. æqualitatis custos est, add. Nov. 8. c. 8. & c. 28. de offic. deleg. ita arbitrium ejus omnino absque ulla labo dispositum sit oportet. Denotat enim Autoritatem. arg. l. 1. §. 4. ff. ad SCt. Turpili. l. fin. C. de fideicommiss. & alias potestas dicitur l. si qua 224. ff. de V. S. & ab Ulpian. in l. 1. §. fin. ff. de I. deliber. scil. à jure data, ex voluntate (non tamē absoluta & mere libera l. 5. §. 14. ff. de reb. eor. qui sub. tut.) discernēdi negotia, ea que publicè dijudicandi. d. l. 1. ad SCt. Turpi. Ita in genere illud non debet existere vaguū, non libidinarium, non illimitatum, non indiscretum, (quale non nullus per Artb. Hodie. C. de judic. judicibus adscriptiss. noctavit. I. O. Tabor. in Racem. ad Ord. Crim. art. 160 tb. 6.) nec quod profluit ex propria cerebra opione & animo l. 21. C. mandat. Sed quoniam illud arbitrium legibus & juris dispositione circumscripsum est. Manz. ad O. Crim. art. 27. n. 5. iecesse est, ut sit prudentiale, ut vocat Sanchez. 2. Consil. mor. l. dub. 41. n. 5. h. e. regulatum à Jure. vid. Dn. Strud. in Jrpr. for.

◎( 13 )◎

*for. l. i. t. 2. §. 1. & ratione. Sanchez. d. I. Legibus adstrictum.  
Mev. p. 7. D. 293. num 5. Juri & æquitati conforme. Manz. d. tr.  
a. 18. n. 6. Menoch. de A. I. Qd. l. i. qu. 13. num. 15. it. qu. 15. num.  
16. prudentia normatum, jurique consonum. Hodiern. ad  
Surd. Dec. 48. in fin. informatum incorrupto & sano judicio.  
Mev. ad J. Lub. l. i. t. 2. a. 4. num. 12. Justitiae & arti boni æ-  
quique consentaneum, siveque isti libidinario & cerebrino  
plane adversum. Quamvis enim judicis arbitrium dicatur  
liberum & Legibus (h. e. Legum verbis & stricto jure) solu-  
tum, secundum leges tamen universales, earumque senten-  
tiam requiritur esse dispositum, uti eleganter notat. *Busius*  
*in subtilit. Iuris l. i. c. 3. n. 2.* Idcirco in omnibus causis Ju-  
dex facere debet, ut Judge, nec aliud quidpiam affectet,  
quam ad quod propria ipsius Conscientia impellit. *Menoch.*  
*tr. qu. 57.* Scilicet semper Ordinem observet diligentissime  
& quamlibet causam prius cognoscat, quam judicet. *Conf.*  
*cap. Conquerente. de restit. spoliator. ibique Abbas Schurff. cent.*  
*2. Conf. 58. n. 5.**

§. 3. Causæ cognitionem quod attinet, sane cum  
res humanæ communiter permistæ, implicitæ & circumda-  
ta sint circumstantiis (qua Gr. *περιστοις* dicuntur, h. e. ac-  
cidentia actus humanos contingentia) iisque variis, diver-  
sis & saepe infinitis pene. *Molin. tr. de Usur. n. 483. Mev. tr.*  
*de lev. inop. deb. c. 5. n. 35. & c. 6. n. 1.* Judici præ cæteris in-  
cumbit, causam perfecte examinare, omnia prius rimari.  
*Manz. ad O. Crim. a. 17. n. 4. Magnif. Dn. Praes in Irpr. E-*  
*lem. diff. 52. tb. 4.* & in animo secum perpendere, rerum-  
que ordinem inquisitione plenisime discutere. *I. 21. ff. de*  
*interrog. Nov. 125. c. 1. can. judicantem. 30. qu. ult. Magn. Dn.*  
*Struv. Ex. 2. tb. 45.* Abstineat a nimia festinatione, cum-  
primis in causis magni momenti. *Mev. p. 3. Dec. 161. n. 2.*  
quippe qua diligens investigatio valde impeditur, & senten-  
tia

ta plerumque iniqua producitur. vid. *Dn. Brunn.* in Proc. Civ. c. 27. n. 14. Præcipites enim tumultuarie agunt & inconsiderate. Hinc non raro judex, præpropere agens, vel insititia vel socrdia reum se facit, & ideo parti tenetur ad expensas & interesse, ut not. *Bartol.* in l. fin. in fin. ff. de var. & extraord. cognit. & *Bald.* ad Rubr. C. de judic. qui mal. judic. quin etiam ob ejusmodi imprudentiam, quæ non exigua infertur injuria, in quasi delictum incidit. *Vultej.* ad pr. Inff. de Obl. ex qf. mal. n. 3. & seqq. *Schruff.* cent. 2. *Conf.* 12. n. 11. ibique *Dd.* suamque autoritatem valde prostruit. Quod quidem negligentia genus postea quam artificiose excusari vult, prætendendo, se nihil de hoc vel illo scivisse, es sey der Sachen Umbstand nicht genugsam movirt, und der Magistrat davon nicht vollkommenlich informiret worden. vid. *Willb.* *Anton.* de Freudenberg de Rescript. *Morat.* tit. 9. Concl. 63. n. 223. lit. b. qui hoc desidiae judicialis involucrum, injustitiae que pallium, uti vocat, multis verbis improbat & reprehendit.

§. 4. Melius igitur & salubrius sibi quilibet judex prospicere vix potest, nisi quod omnes ac singulas causas, facta & negotia cum suis circumstantiis maxima cum cura ac Sollicitudine l. 3. §. 1. ff. de recept. arb. l. 5. pr. ff. commodati. examiner, probeque consideret. *Magn.* *Dn.* *Struv.* in Jrpr. for. l. 1. t. 1. §. 9. *Menach.* Vol. 1. Concl. 36. n. 20. & in Tract. de Adipisc. possess. Remed. 5. n. 16. & seqq. ubi plr. huc facientia. Haec enim communes atque externæ rerum & personarum notæ sunt, ex quibus juris definitio (quæ alias periculosa est vid. l. 1. ff. de R. I. ibique *Gothofr.* lit. l. 202. ff. eod.) aestimatur, non solum in pœnis, sed & in omnibus contractibus, & humanarum functionum negotiis. Et recte dicitur, easdem judicis arbitrio fundamentum suppeditare, quippe quod non est justum, nisi ex ratione & causa justa. l. 7. ff. de cession. bon.

*bon. Mev. p. 7. dec. 293. n. 5.* Hinc non minus à judice ob  
id considerandæ veniunt, quam legum scriptarum severitas.  
*Job. Damhoud. Tract. de Tut. & Cur. c. i. n. 48.* Sine his e-  
nim ad facti veritatem pervenire non licet. *Dn. Richt. p. 2.*  
*App. 37. n. 19.* Et quidem non una tantum vel altera, sed  
omnes ac singulæ, non tamen inutilis. *Mascard. Vol. 2. Concl.*  
*885. n. 5.* investigandæ sunt. *Dn. Richt. d. 1. 5. & p. 1. dec. 1. n.*  
*17.* Quilibet enim sua momenta habent, diversasque desi-  
derant definitiones. Versatur quippe in ore omnium, &  
cum primis vero à peritis observatum est, teste *Tabor. in Ra-*  
*cem. ad O. Crim. a. 160. tb. 1.* quod plerumque minima  
*Mev. p. 4. D. 43. n. 17.* levius & unica circumstantia *Dn. Richt.*  
*p. 1. dec. 1. n. 14.* rem sive negotium variet. *l. 26. §. 12. vers.*  
*& Celsus. ff. de Condict. indeb.* Quod & in Ordinat. Crim.  
art. 150. his verbis expresse innuitur: Die Umstände machen den Unterschied der Sachen. Unde mutato facto, alia  
etiam juris applicatio adhibetur, cum ex ipso facto jus posi-  
tum sit. *l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquit. l. 38. ff. de R. vind.* seu ex re  
constituendum. *l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar.* & quidem  
tum in Civilibus, tum Criminalibus, vid. passim *Oldendorp.*  
*in Clas. Action.*

§. 5. Sic in rebus dubiis & questionibus intricatis  
intuitu personarum sibi invicem cognatarum judex æquius  
arbitrabitur, etiam causas per medium scindendo, vid. late  
*Menoch. qu. i. Concl. 13. n. 15.* quo citius inter ipsas lis dirima-  
tur, cum in genere hujusmodi controversiae quam celerrime  
componi debeant, uti saudet *Schach. in Coll. præf. ff. l. 1. t. 6.*  
*§. 17. & 20.* it si lis inter divitem sit & pauperem, & super  
negotio quidem obscuro & involuto, Judex ad dandum  
huic de jure illius, qui lucrum intendit. *Anton. Thes. Decis.*  
*89. n. 3.* facilius induci debet, præcipue si bona pax alter non  
videatur infecitura. *l. 1. ff. de reb. dub.* quæ tamen omni-  
bus

bus modis acceleranda est. arg. l. 21. ff. si cert. pet. l. prope-  
randum. 13. C. de judic. l. 12. C. de contrah. vel comm. stipul. l.  
fin. ff. pro suo. Deinde in rerum aestimatione saepius inspi-  
ciendus est locus, non de quo est vendens vel emens, sed ubi  
res venditur. *Mascard.* Vol. 2. Concl. 658. num. 3. Porro et-  
iam temporis ratio habenda venit; aliquando enim tam ex  
præterito, si v. g. quis ultra dirarium in contractu se laesum  
dicat, vel alias contractus ob vitium aliquid infirmandus sit  
l. & eleganter, 7. ff. de dol. mal. add. *Fransk.* l. 3. Resol. 3. n. 26.  
& seqq. quam praesenti probatur aestimatio. *Mascard.* Concl.  
656. n. 6. plerumque tamen in stricti juris judicis tempus  
litis contestata. l. 2. §. 2. ff. commod. l. 22. ff. de reb. cred. in  
b. f. autem actionibus tempus rei judicatae inficiendum  
est. d. l. 3. l. pen. ff. de *Condict. tritic.* Et sic ulterius ea, que  
actus extrinsecus (h. e. extra suam substantiam) confide-  
ratos circumstant, in complexu ob oculos collocari conve-  
nit, si rei aquitas definiri debeat. add. *Carpz.* pr. *Crim.* qu.  
133. n. 11. conf. *Arnold.* de *Reyher in Thes.* voc. *Aestimatio*, ubi ex  
variis Dd. plura in hanc rem concessit.

S. 6. Ponderata hac circumstantiarum diversitate  
veritas haud difficulter clarescit, quippe cum illae ad hujus  
cognitionem deducant. *Manz.* ad *O. Crim.* a. 56. n. 4. & 5.  
ita ut judex haud facile in arbitrando errare queat. Videat  
autem ut semper & ubique procedat ad instar ejus, cuius E-  
xemplum & nomen & personam repræsentat. c. qui malos.  
24. q. 5. alias si ab hoc tramite deflectit, illud nomen amittit,  
Ministro DEI mutato in Ministrum Diaboli. *Marant.*  
*diff.* l. n. 16. *Tiraq.* de *pæn. leg.* n. 7. *Gail.* l. 1. *O.* 36. n. 12. &  
*alleg.* *ibid.* Quod certissime fieri dicendum est, si ratione di-  
gitatis alicuius litigatoris. c. *in judicio.* de *R.* I. in 6. vel spe  
lucri & gratiae, odio atque alia quacunque simili à veritate  
recedit, & in alterutram partem scienter inclinat. *Philipp.*

ad

ad l. l. 4. Ecl. 94. per tot. ubi elegantissime hoc deducit.  
 Unde etiam hanc  $\sigma\pi\epsilon\varphi\alpha\gamma\alpha\tau$  Leges non solum gravissime  
 adversantur, sed etiam (cum judex Conscientiam suam non  
 servet illasam, evadendo proditor justitia & perjurus. vid.  
 Franzk. l. 2. Ref. 23. n. 12.) infamia notant. l. 2. § 12. C. de  
 dignitat. Wefemb. in Parat. ff. tit. de his qui not. infam. Ver-  
 fiantur enim in delicto vero & proprio, dolo & malitia com-  
 misso. Vultej. ad pr. I. de Oblig. ex qf. del. n. 4. add. Petr. Gre-  
 gor. Tolosanus in Syntagm. Jur. l. 36. c. 28. imo Jure Novell.  
 huic iniquitati poena capitii statuta legitur in Nov. 86. c. 5. §  
 6. quæramen hodie vix obtinet frequenter, sed plerumque  
 vel relegatio vel alia poena Corporis afflictiva locum ha-  
 bet, uti patet ex pronunciato Lipsiensi, quod exhibit Philipp.  
 d. l. n. ult. add. Dn. Struv. in Jrpr. l. 3. t. 28. §. 45.

§. 7. Quapropter puras DEO, Imperatori & Legi ma-  
 nus custodiat judex arg. l. 6. C. de SS. Eccles. add. Philipp. l. c.  
 num. II. neque enim vel justam sententiam vendere licet.  
 Nov. 86. c. 5. c. non licet. II. q. 3. Barthol. Socin. in Reg. & fallent.  
 jur. 27. Philipp. l. c. n. 12. Franzk. l. 2. Ref. 13. n. 19. Veritatem  
 Justitiaeque vestigia juxta bonæ Conscientiae salem, uti Bal-  
 dus vocat, citatus à Mornac. ad l. 4. §. 1. ff. sam. ercisc. sequar-  
 tur strenue. l. 13. C. de sent. inter loc. & similes textus quos al-  
 legat Nevizan. in Sylv. Nupt. l. 5. ampl. 4. n. 62. ad quod et-  
 iam Augustissimus Imperii Legislator quemvis judicantem  
 remittit in O. Crim. a. 150. & his quidem verbis: Ein jeder  
 Richter und Urtheiler ist bey seinem Eyd und seiner Seelen Seele  
 ligkeit schuldig / seinem besten Verstand gleich und recht zu rich-  
 ten. add. Cotbmann. v. 2. R. 59. n. 330. Präprimis vero in ar-  
 bitrando æquitate in pœnulis habeat necesse est. l. 4. §. 1.  
 ff. de eo, quod certo loc. l. 51. §. 4. in fin. ff. de leg. i. l. 42. ff. ad L.  
 Falcid. ibique Gotbofr. l. 2. §. 5. in fin. de aqu. & aqu. pluv. arc.  
 add. Wefemb. Consil. 56. n. II. Omnia illa facienda, ad quæ viri

boni Conscientia ipsum compellit. *Menoch. de A. I. Qn. l. i. caus. 57. n. 3.* neque enim in quavis te aliena aliud agat, nisi quod in propria prastaret. *l. i. ff. de solut. add. Decius ad l. 22. §. 1. de R. I.* vel alias communiter à bonis & sensatis Viris fieri solent, uti ex Baldo & aliis refert *Borcholt p. i. consil. 12.*

§. 8. Alias quidem videtur æquitas Legibus & Juri scripto contraria, cum sibi invicem opponantur. *vid. l. 2. §. 5. ff. de aqu. & aqu. pl. arc. l. 8. C. de judic.* Verum simpliciter ita statuendum vix erit. Nostrum enim Jus & æquitate nititur, ut patet ex *l. i. §. 1. ff. de I. & I.* modo non sit sophistica & apparens, neque ex indigesto motu & concepta animi affectione orta. *Mev. in Vedenecken post traet. de lev. inop. deb. n. 27.* domi ex privato affectu & incommodo excogita. *Marpurg. vol. 4. Cons. 42. n. 100.* talis enim nulla est, nec nomen æquitatis meretur. *Wesemb. Consil. 27. n. 34. & seqq.* Sed vera, recta ratione fundata, & adjuta Legibus. *Gail. 2. 0. 23. n. 26.* quæ sane Leges minime mutat, sed servat; à jure non recedit, sed eidem potius accedit; non tollit, sed tuetur; rationem legis non egreditur, sed ingreditur, *add. Barboſ. in Thesaur. b. voc.* Regulae quidem juris licet in se justa ratione nitantur, strictæque sint observantia. *vid. Nov. 80. pr. tamen summum & strictum hoc jus summa foret injuria & crux maxima. Dn. Richter in Cent. Reg. 27. n. 5.* Si scil. quilibet lex cuilibet facto & negotio sine discrimine applicetur. Itaque ob naturalem aliquam causam Legum rigor, qui semper omnia recta & inflexibilia ex interpretatione severa & duriori exigit *l. 25. ff. de LL.* moderari licete potest & debet ex æquitate, quippe justitia ordinata, misericordia dulcedine temperata. *Panorm. in cap. ex parte de Transact. Magnif. Dn. Praes in Jupr. Elcm. Disp. 52. th. 4. in fin. lit. l.* Est enim hæc virtus intentionem LLatoris cum facti circumstantiis exæquandi. Seu: est optima Legum & factorum interpres,

*Bald.*

Bald. in l. § defunctus. C. de suis & legit. hered. Legis scriptae  
æquamentum, non scriptæ supplementum. Gotbofr. ad l.  
09. ff. de R. I. voc. equitas. Dn. Carpz. p. 2. c. 15. d. 14. n. 7. gu-  
bernativa sapientia ex Legibus superveniens negotiis. Nov.  
98. pr. add. Grot. l. 3. c. 20. §. 47. Magnif. Dn. Praes in Jrpr.  
Elem. Disp. 2. tb. 18. & 19.

S. 9. Si quando Leges nimis generaliter, & sine ullo  
temperamento Dn. Richt. d. reg. 27. num. 2. nec habita ratione  
ad circumstantias loqvuntur; vel aliqualis obscuritas in ver-  
bis deprehenditur, unde tamen mens LLatoris elici licet;  
vel plane nulla juris dispositio, qua negotio issi conveniat,  
extat, judex circumspectus sit & cautus, quo ex aequitate  
ch. e. summa ratione nach besten Verständ. l. 43. in fin. ff. de  
religios. quippe uti in omnibus rebus l. 91. ff. de R. I. l. ult. pr.  
cc. fin. C. de fidei commiss. Dn. Richt. reg. 97. n. 1. ita praci-  
pue in judiciis observatu necessaria. Dn. Carpzov. p. 1. c. 3. d.  
17. n. 6. & p. 3. c. 14. d. 2. n. 4. ipsa verba legum interpretetur.  
l. pen. & ult. C. de LL. Magn. Dn. Struv. Exerc. 2. tb. 47. in fin.  
atque partibus jus dicat, causasque ex optimo suo arbitrio  
quam commodissime decidat & finiat. addc c. finem. de dol.  
& cont. c. 1. de Appellat. conf. Ungep. Ex. ad l. 12. q. 1. p. m. 550.  
Phillipp. ad l. 1. 3. Ecl. 73. n. 9. l. 4. Ecl. 70. n. 9. Hoc enim facere  
minime prohibetur, licet alii ex l. 1. C. de LL. l. 1. S. 2. ff. que  
sent. sine app. resind. contrarium adstruere conentur, qui-  
bus ex parte satisfecit Gotbofr. ad d. l. 1. lit. Z. Namque ibi  
plane alia facultas nempe circa jus scriptum, idque publicum  
dilponendi indigitatur, que cum non competit judici infe-  
riori, neque nos hoc eidem largimur, quin potius libenter  
concedimus, jus dispensationis superioritati territoriali re-  
ctissime tribui. Magnif. Dn. Struv. in Jrpr. l. 4. t. 1. §. 1. D. Si  
mon. in P. A. p. 2. Diff. 9. c. 12. p. m. 433. Interim pro confir-  
mando nostro asserto vid. l. 2. §. 13. de O. Jur. quâ potestas

regendiura Magistratui inferiori expresse adscribitur, scilicet non in porrectum modo, ubi si LL. certae sunt in hypothesi, observare debet, etiamsi durae sint, uti inquit Ulpianus in l. 12. §. 1. in fin. ff. qui & à quib. manum. lib. non sunt. l. 3. C. de Crim. sacrif. ibique Dn. Brunnen, add. Magnif. Dn. Struv. Ex. 2. tb. 47. Sed etiam in Anfractum. seu: ubi sinuosi circumstantiarum flexus sunt, justitiam exercere valeat. §. 30. I. de Action. l. 9. §. fin. ff. ad exhib. l. 71. §. 3. ff. de leg. l. 14. §. ult. l. 30. §. ult. ff. de Legat. 3. Autb. Hoc nisi. C. de solution. add. Nod 4. c. 3. vers. Sed si nec &c.

§. 10. In singulis itaque causis, quæ Arbitrio suo subjacent, hanc normam diligentissime observet quivis iudex, sive Jurisdictione gaudeat, sive minus, ut semper ex bono & æquo. l. 18. pr. ff. de Aedilit. Edict. l. 4. §. 2. de fidejuss. & nominat. ex religione. l. 2. ff. si usus fr. pet. l. 1. §. 2. ff. de reb. cor. qui sub tut. l. 1. §. 17. ff. de question. Conscientia scil. Menoch. i. de A. J. Qu. 8. n. 40. seqq. prout astimaverit. l. 7. C. de fiduciomiss. & arbitratus fuerit. l. 8. pr. ff. de Transact. ex æquitatis motu. l. 21. ff. de interrogat. in Jur. fac. Scilicet ut decet bohem virum l. 76. & seqq. ff. pro socio. l. 18. pr. ff. de C. E. Vend. l. 137. §. 2. ff. de V. O. ibique Gotbofr. (dictum à bonitate, quæ in ipso exigitur. Carpz. pr. Crim. qu. 117. n. 7.) hominem innocentem & bonum. l. 4. §. 1. ff. fam. ercisc. religiosum & discretum. Tabor. ad O. Crim. a. 160. tb. 6. bonum judicem l. 38. ff. de R. Vindit. 2. F. 28. §. ad hoc. & prout alias convenit Magistratui seu judici veritatem cum æquitate ob oculos habenti. l. 4. ff. de eo quod cert. loc. Barbof. in Thesaur. axiom. 2. voc. Judex. Nimurum si rem aliquam à partibus ruditer atque ex affectione plus aequo taxatam videat. Cornej. Vol. i. Conf. 224. in fin. statim ad veritatis & æquitatis normam totum negotium reducat. l. se servum. 33. ad L. Aquil. l. 33. & 42. ad L. Falcid. l. un. vers. in aliis

alii. ibi : quod revera. C. de sent. qua pro eo. (nisi utilitas juncta affectioni, vel aestimatio à lege facta. l. 6. ff. de Appellat. vel in casu l. 35. ff. de Minor. & l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. ubi vid. Gotbofr.) canque, præcipue immobilem, ex preventibus & fructibus aestimet. arg. l. 1. l. 30. §. ult. l. 71. §. 3. ff. de legat. 3. Fransk. l. 3. Resol. 2. n. 12. ut, in casibus ejusmodi incertis. l. un. C. de sent. qua pro eo. ubi partibus de valore non constat. l. 31. §. 4. ff. de Fideicomm. libert. verum & justum pretium pateat. l. 18. ff. de dol. mal. l. 4. §. 11. ff. de vi bon. rapt. l. 179. ff. de V. S. ibique Gotbofr. scil. si hoc succedit in locum rei, ejusque vicem subeat. arg. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. illud determinandum est, quod à quolibet, sciente rei qualitatem ejusque conditionem intelligente, præstatur communiter. Klock. Vol. 2. Cons. 40. n. 17. Arrius Pinellus l. 2. c. ult. n. 17. & seqq. C. de resind. Vend. Fransk. l. 3. Res. 2. num. 59. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 13. §. 14. ita ut apud unum non plus valeat, quam apud alium. Schneid. ad L. Aquil. n. 10. & II. Neque enim videndum est ad affectionem Creditoris, (nisi forte quis invitius vendere cogatur) nec ad indigentiam Emporis, nec ad pretium, quod vendor pro illa dedit, nec ad depositionem testium, quantum illi darent. Fransk. d. l. p. m. 248. Sed prouti nunc in præsenti juste aestimatur. Pretia enim ex utilitate totius populi fungi debere, dicitur in l. 33. ff. ad L. Aquil. l. 62. ad L. Falsid. ibique Gotbofr. Mynsing. ad §. 9. I. d. t. add. Gæd. ad l. 193. n. 2. de V. S. Quod ubi in specie locum habeat, inferius suo loco dicetur.

## CAP. III.

De

MODO AESTIMANDI PER  
ARTIFICES.

C 3

SUM-

( 22 )  
SUMMARIA.

I. Artificum in æstimando necessitas. II. & utilitas. III. Adhibentur pro varietate negotii diversimode. IV. Non tamen improbi vel suspecti. V. Sed periti & quidem primarii potissimum Magistri. VI. & VII. Artium tam liberalium, VIII. quam liberalium. IX. Peculiaris immobilium, Æstimator. X. Omnes tamen Æstimatores priusjurare debent. XI. Limitatio. XII. Eorum numerus. XIII. Sententia. XIV. An & quatenus dicti suis rationem reddere tenentur?

§. I.

**D**E iis nunc dicendum venit, quos Judex in nonnullis causis æstimandis ad certiorem rei evidentiam adhibere solet, vel etiam aliquando urgente necessitate assumere debet. *Magn. Dn. Stryck. Tr. de J. Sens. diff. i. c. 2. n. 2. Fransck. l. 3. Ref. 4. n. 95. & seqq. vid. Speidel. in Notabb. voc. Schätzung.* Evenit enim non raro, ut ipse vel rei nullam habeat notitiam, vel si gñarus ob loci distantiam, aut aliud quodcunque impedimentum legitimum æstimare non valeat. Quod quidem aliquibus videri possit inutile, immo judicis officio maxime indignum, cum regulariter vel solus, vel consilio Assessorum quascunque causas controversas ipse dirimere debeat. *Nov. 82. pr.* Et sane quilibet Judex præ alii singulari rerum & literarum scientia pollere debet, nec immerito turpe reputatur, si præcipue legum imperitus sit usque rerum careat Ideo enim tot casuum deciforum volumina extant, ut quilibet Judex ex assidua eorum evolutione & lectione maximam rerum notitiam sibi acquirere ex facili possit & debeat. *Munoz. de Eñobar. de Ratioc. Administr. c. 18. per tot.* Verum cum non omnis homo ad studia cumprimis natus sit & aptus, nec qualibet Civitas Jure Consultum assumere judicem

tem valeat, rectissime & Legibus approbatum, & hactenus receptum servatur, ut in negotiis, quæ sibi non adeo certò constant, judices alias quoque eruditissimi, aliquando ex personis fide dignis & peritis auxilium petant, earumque assentia utrantur. l. 2. C. de ponderat. & Auri illat. Asin. de Execut. c. 17. §. 3. &c. 221. Neque enim ullius hominis scientia & habitudo tanta est, ut omnia ubivis pertingere & expiscari capax sit.

§. 2. Illi vero vel ad instantiam partis, vel ex officio & motu proprio leguntur. Arrius Pinell. l. 2. c. ult. n. 17. & seqq. C. de Resc. vend. ut causam totam secundum veram & æquam juris rationem æstimant, atque ubi opus, ocularem inspectionem probe instituant. Ruland. de commiss. p. 2. l. 3. c. 5. lit. a. cum judge conferant, verumque rei pretium exprimant. Fransk. l. 3. Res. 4. u. 95. Asin. de Execut. c. 17. ut sententia in continentiferaatur, & controversia interrumptatur celerrime. l. 3. C. de judic. Ocularis enim inspectio omnium optima est probatio. Posthuius de Manutencent. obs. 19. n. 71. quia quod oculus videt, nemo fideliter negat. We-semb. Vol. 1. Conf. 58. num. 14. modo judicium dependeat à sensu. Mev. p. 4. Dec. 139. n. 1.

§. 3. Sicuti vero Causa variis generis in judiciis occurunt, ita quoque unus artifex ad omnes casus examinandos non sufficit, sed rem æstimandam ad professionem artis suæ pertinere, requiritur. Scilicet pro diversitate objecti, quod æstimari debet, diversimode sumendi sunt, qui secundum peritiæ suæ habitum, in certo artis genere acquisitum, diligenter inquirant, & ingenue de casu proposito judicium suum interponant. Ex quo constat, liberalium æque ac illiberalium artium Magistros aliquando adhiberi, qui judicem incertum & dubitatem de veritate certiore reddant. Tuscb. Concl. 296. lit. p. Utterque vero quales sint, eorumque testimoni.

testimonium & judicium quid efficiant, breviter nunc exponemus.

§. 4. Nimurum in genere requiritur, ut isti sint Viri probi ingenui & constantes, integræ famæ & vita l. i. ff. de Decret. ab Ord. fac. alias enim non possunt jurare, Mev. ad f. Lubec. l. i. p. 193. Removendi itaque sunt, uti ab omni alio officio, ita & hoc in casu improbi & scelerati, vel alio quocunque modo suspecti. Quo refer consanguinitate, amicitia, odio, aliis affectibus, ortis ex inimicitis, capitalibus, (non æque affectatis Gerb. Mayn. Decis. Tholos. lib. 4. Dec. 83. & 84.) præoccupatos. l. ult. C. de fid. instrum. c. accusatores 12. caus. 3. qu. 5. qui in gratiam ejus, cui favent, & detrimentum inimici rem pluris vel minoris æstimare, sique veritatem dissimulare, atque judici glaucoma objicere plerumque student. Nihil enim unquam (quod maxime dolendum!) tam provide & probe fieri, quod non vellicare malignitas: nec quicquam tam male & perverse se habere potest, quod amicitia & favor aliquo modo ac prætextu quodam colorare pariter ac excusare nequeat. Quapropter circumspecti sint judices ac providi, ne qualescumque temere assumant æstimatores, sed eos, quibus & salus cordi est, & in quibus certas qualitates in praesentem actum necessarias elucere intelligunt. Multi enim pro peritis habentur, qui tamen non sunt periti. Menoch. Vol. 1. Concl. 432. n. 6. nec quilibet faber est legitimus æstimator. Idem Vol. 2. Concl. 63. n. 11. & Vol. 3. Concl. 1169. n. 9. Hinc necesse est, ut plenam fidei & scientiæ præsumptionem pro se semper habeant, & Mechanici quidem recepti sint in Matriculam, & Collegium, daß sie in der Güilde oder Zunft seyn.

§. 5. Hoc tamen calu semper primates tanquam nobiliores, si haberi possint, præferri debent imperitoribus. Nov. 7. c. 3. §. 2. vers. ut neque. conf. Menoch. Vol. 2. Concl. 656.

n. 45.

n. 45. & Concl. 722. n. 2. Patrem enim artificii ob magis diurnum usum majori & solidiori scientia pollere præ juniori aliquo Magistro. & Neoterico facilius creditur. Hic enim rerum non adeo expers esse potest, cum prudentia & ars tempore indigeant. Socin. Conf. 164. Præterea etiam in seniori major fides, quam in Juvene presumitur, cum hi, in rebus humanis non adeo versati, facilius ad iniquitatem inclinent, seque persuasionibus & donis deflectere sine magno labore patiantur. Ut plurimum enim in hisce casibus culpa aut non recti conscia pars precibus, donis, omniisque officiorum genere grassari solet, quibus sanctissimum fidei justitiaeque Castellum expugnare, talesque æsimatores sibi conciliare queat. Rutger. Rutland. de Commiss. p. t. l. 4. c. 19. n. 15. Heigius. p. 1. qu. 20. n. 19. à quibus insidiis ut eo magis caveant, in iudicio plerumque juramentum deponi debent artifices, uti infr. §. 10. h. c. dicetur. Quia omnia iudicii maxime observanda sunt, quo magis inquis & perpetuis partium quarionii non gravari ipse in votis habet.

§. 6. Sic in æsimando sepius ad liberalium Artium Magistros confugiendum est, & quidem vel ad totum Collegium, vel ad certa membra in specie. Enim vero Judex circa æstimationem impensarum occupatus, nihil potest decernere, nisi possessor rei, cui istæ debentur. Vinn. l. 1. qu. sect. 24. liquidaverit & probaverit. Hoc enim cum maxime opus sit, (alias non constare potest quantum deducendum vel auferendum) male haud facit, si terminum probationis competentem à bonis & prudentibus Viris arbitrari patet. arg. l. 137. §. 2. & 3. ff. de V. Oblig. conf. Schrader. de Feud. part. 9. sect. 2. n. 126. & seqq. Quanquam enim talismodi Jure Can. & Civili sint arbitriariorum judicii, h. e. pro qualitate personarum & loci concedendæ, ut patet ex l. 1. C. de dilation. ibique Gothofr. in not. (secus Jure Saxon. ubi regulariter 6. septim. & 3. dies recepti. Land-Recht. l. 1. & 62.) securius ta-

men aget, & ab omni culpa se immunem reddet, si J Cto-  
rum consilium adhibeat; arg. l. 2. ff. quod quisq; juri in al. stat.  
conf. Klock. Vol. 1. Conf. 52. n. 69. Alias enim ex propria voluntate  
nimis breve tempus assignans, dolum committere vi-  
debitur, & juste ab eo appellatur. c. i. X. de dilat. ut jam nihil  
dicam de Consiliorum necessitate, quae Magistratus in di-  
ctandis mulieris, expensis decernendis, aliisque casibus arbitri-  
ariis ex Academiis petere solent, imo debent. Porro etiam  
aliquando Medici consulendi sunt, ut not. Bartol. ad l. 53. §. 2.  
ff. de re judic. in Medicamentis taxandis. Namque si inventariorum Apothecariorum conficiendum, vel alias res pharmaceutica  
judici aestimanda obveniunt, prudentissimum se exhibet, si  
pharmacorum gnos adit, eorumque valorem verum scruta-  
tatur. Simili modo in mulieris ob data vulnera quantitas  
optime determinari potest, si Medici cum Chirurgis cicatrices  
inspiciant & cognoscant, scil. an vulnus proxime accesserit ad mortem, an membra principaliis mutilatio, vel aliud  
damnnum superveniens timendum sit, &c. hujus enim ratio-  
nem in dictanda poena Iudex habere debet. Carpz. p. 1. c. 26.  
d. 5. n. 4. cum ibi alleg. Quid? quod generaliter Inspectio  
vulnerum à Medicis fieri sanctum sit in Ord. Crimin. art.  
von Besichtigung der Entleibten 149. vers. Es soll der  
Richter mit zweyem Schöppen &c. vid. Magnif. Dn. Stryk  
de J. Sens. diff. i. c. 2. n. 18. qui hoc latius dedit.

S. 7. Sic etiam, quando calculationes Mercatorum ex  
inspectione rationum instituendæ, Tabularii sive calculato-  
res, l. fin. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dixer. vel alii in hac arte  
versari (geübte Buchhalter) assumi debent. Rutger. Ruland. de  
Commiss. l. 4. c. 19. num. 2. Item: si debitor ipse, vel eodem  
jam mortuo heres Chirographum neget, vel etiam quis ob  
scriptum aliquod famosum suspectus non potest convinci, &  
Iudex in cognoscendo sive arbitrarie judicando impeditur;

illlico

miser

illico adhibebit Scribas & Notarios, qui ex inspectione literarum comparationem manus instituant. *I. 20. C. de fid. instrum. cum Autb. scqq. Ad hoc. add. Mascard. Concl. 1175. num. 9.* omnes ductus accurate inspiciant, literas scriptioris dubiae cum liquida conferant. *Dn. Stryck. diff. de f. S. i. c. 1. n. 69. § 70.* ubi etiam *n. 71. & 72.* modum inspicendi pro ipsis addit. *add. Diff. de Comparatione literarum 1671. Argentorat. habita.* Quo facto reus (nisi juramento, quod ideo dicitur diffessio- nis. *Carpz. in Proc. t. 12. a. 5. n. 26.* recognoscere detrectet. *Id. p. 4. c. 44. d. 9.*) ad interesse debiti vel ad poenam condemnari facilime potest. Parili modo si res aliqua per quantitatem (Ellen oder Ruthen-weiß) aestimanda sit, v. g. Aedificium, frumentum vel vinum *I. 5. §. fin. ff. si mens. fals. mod. dix. it.* si de Itinere, servitute immittendi, projiciendi, area aliqua, veldigno & lapide metiendo. *I. 6. ff. cod.* vel alias cuiuscunque rei mensuratione queratur *I. 7. pr. d. t. Fransk. ibid. n. 8. 9.* *Wifsenb. tb. 20.* Sane veritatem Iudex ex ipsis personis, qui ejusmodi artem callent (Bier und Wein, Bissvern, Gerreys, Messern) commodissime eruere potest. Et quidem si lis de si- nibus sopiri debet, hoc per quam necessarium est, ut adhibe- antur Geometrae, Agrimensores & pictorss (Untergänger, Steinsezer) qui omnia fidelissime, loci scil. qualitatem & ali- as circumstantias delineant, graphicque depingant. *Dn. Stryck. cit. diff. c. 2. n. 14. add. Dn. Struv. Ex. 15. tb. 59.* & postea si judec praeſens non fuerit, Ichnographiam conficiant, eam- que plenam in judicio offerant. *Dn. Stryck. c. 1. n. 15. add. Brunn. in Proc. Civ. c. 22. n. 11. vid. cap. seq. §.*

~~§. 18.~~ Mechanicarum & illiberalium artium cultores quod attinet, hi sane frequentissime in causis arbitrarie exti- mandis adhibentur, ad Exemplum Aedilium Romanorum, ut not. *Dn. Struv. in Jurpr. l. 3. t. 20. §. 7.* Patet illud ex taxa- tione rerum in foro venalium, ubi semper Viri in vita Civili

versati, & maxime earum notitiam habentes' eliguntur  
 (Marktschäfer) qui personis ex Ordine Magistratus, ad asti-  
 mandum delegatis assistere solent. *Conf. Koppen decif. 44. n.*  
*25.* Quod etiam convenient statutis patriis. *art. von Fleisch-*  
*hauern. 60.* ubi dicitur: Der Rath soll alle Jahr zweene des  
 Raths/ neben einem Bierthels-Meister/ und denen drey Bier-  
 Meistern der Fleischhauere/ welche dem Rath/ wann er angevres-  
 ten/ zu Gott einen leiblichen Eyd schweren müssen/ ordnen und  
 schicken / die sollen das Fleisch schauen/ und ißt ihr Eyd und  
 Pflicht schähen / wie theuer das Pfund zu geben ic. De qui-  
 bus ur & alius Aestimatoribus, e. g. Brod-Schäfern/ Logia-  
 ment-Schäfern/ ic. vid. Frommann, Prof. Tübing. in *Diss.*  
*publ. de Arbitrato boni Viri.* ubi pl. huc facientia pertractat.  
 De Aestimatoribus hortorum in specie *Rittersbus. in No-*  
*vell. p. 189.* Porro si quis ob ædes vicini ruinosa, sibi dam-  
 num minantes, cautionem in judicio petit. *Dn. Stryck. cit.*  
*Tr. c. 1. n. 64.* eandem non potest determinare Magistratus,  
 nisi prius inspectio fuerit instituta. Quo casu, ut & si alias  
 ædificia ob alias causas taxari debent, nonnisi ad Architectos  
 recurrentum erit. *Mascard. Concl. 175. n. 8.* e. g. si accidat,  
 ut ratione impensarum, quas mandatarius in opus aliquod  
 perficiendum fecit, dubitetur. Tunc sane ex ipso ædificio,  
 quod ad oculum patet, per peritos fabros dijudicabitur, quan-  
 tum in materialibus fuerit expensum, ut veritas quodam-  
 modo fiat clarior, imò clarissima. Nam testimonium visus  
 hoc casu excellentius est omnia alia probatione. *Berlich. p. 1.*  
*Concl. 65. n. 135.* Ideoque communiter in praxi ita procedi  
 assilit *Dn. Stryck. diss. de J. S. 1. c. 1. n. 75.* ubi de liquidatione  
 expensarum, quibus tempore conductionis præmium meli-  
 oratum, eleganter loquitur, sententiam Camera Elector.  
 Brandeb. simul annectens: Die Baukosten/ und was sonst  
 an dem obbenahmten Guthe möchte von Belagten auf Besse-  
 rung

rung angewandt seyn/ sollen erstattet werden/ wovon Gewissheit zu haben/ soll das Cosaten Guth und Gebäude von Leuthen/ die sich darauff verstecken/ beschützt werden.

S. 9. Ex quo colligere est, etiam rusticos prudentissimis judicibus non raro adjumento esse, si vel fundus totus astimandus sit, vel super certis rebus ad Agriculturam spe-  
ctantibus lis oriatur. *Dn. Stryck. l.c. n. 41.* præcipue vero si sint vicini, hi enim istius qualitatem melius scire præsumuntur. *Menoch. Vol. 2. Concl. 656. n. 52.* Nam Scabinis provincia-  
libus (vulgo Land-Schöppen) in plurimis locis ad taxandum deputatis *Carpz. p. 1. c. 32. d. 62. n. 2. & seq. & p. 2. c. 27. d. 9. n. 5.*  
deficientibus, in Saxonia plerumque Vicini agrorum (Feld-  
Nachbarn) judices ex tribus adjacentibus pagis adhibere so-  
lent, qui ex fructibus agrum astiment. *Id d. 1. def. 63.* Huc refer modum, quem celeberrimus suo tempore Ictus Helmstad. Henr. Hahnius in pecul. dissert. de Æstimatione.  
posit 129. exhibet, juxta art. 19. Des Saltz-Dalumbischen  
Land-Tags-Abschieds / in Ducatu Guelpherbit. & Calen-  
berg. ita conceptum: Es sollen (1) aus dreyen unterschiedlichen  
Gerichten (2) aus jeden drey (3) unpartheiliche (4) auf Acker-  
Werck und Gebäu verständige Leute/ die (5) gutes Handels und  
Wandels sind (6) sonderlich dazu beypdiget/ und (7) ihnen in des  
Ober- und Amtmanns (8) auch beyder Theile Gegenwart der  
Zustand und Gelegenheit der Güther sattsam berichtet (9) au-  
genscheinlich gezeigt/ und zuverstehen gegeben / fürther auch/  
wenn solches geschehen/ (10) von jeder Schürz insonderheit/ also/  
dass sie (11) mit einander deswegen nicht communiciret (12)  
semotis partibus die Sache (13) nach allen Umständen noch-  
dürftig erweigen/ und wenn sich eine jede Schürze eines ge-  
wissen verglichen/ solches (14) dem Ober- und Amtmann (15)  
in beyder Partheyen beyseyn eingebbracht (16) und daraus die  
mittelste Summ/ oder do es gebräuchlich/ wann alle drey Sum-  
men

men zusammen geleget / und mit drey wieder abgetheilet werden/ folget (17) vor die rechte Wardierungen gehalten und bezahlet/ keines wegēs aber (18) als allein/ wenn besindliche Partheyligkeit mit unterlauffen würde/ von denett Hoff- und Lands Räthen gesuchten werden. Add. ab eod. cit. Balthasar. t. 7. Resol. 3. num. 9. Nec minus etiam gregum pastores judicium suum afferre debent, si quæstio oriatur pastoralis, h. e. vel de pascuo, vel ipsa grege astimanda. Et sic in similibus. Cuique enim in sua arte & peritia credendum est. l. i. ff. de reb. cred. l. i. ff. de ventr. inspic. l. 3. §. ult. ff. de suis & legit. hered. Er in eo, quod ratione artis sua approbare valet, recte statut, uti ex Bartol. & aliis notat Arnold. de Reyber. in Thesaur. voc. Artifex n. 6.

§. 10. Hæc tamen dicta non adeo simpliciter, sed tum demum procedunt, si Aestimatores hi asumti præstiterint prius Juramentum. Menoch. Vol. 2. Concl. 653. n. 1. Brunn. in Proc. Civ. c. 22. n. 7. Carpz. p. 1. c. 32. d. 62. ubi in præjudicio: So wird das Haus durch vereydete Personen billlich taxiret &c. add. art. 160. ex statuti patriis in pr. §. præc. alleg. ibi: Welche zu Gott einen leiblichen Eyd schweren müssen se. Tralatitium enim apud Dd. esse idem Carpz. ait. p. 1. c. 22. d. 12. n. 1. quod peritis in sua arte & scientia non aliter fides habeatur, quam si jurent super depositione sua l. 9. C. de Testib. l. 20. C. de fid. instrum. add. Id. p. 4. c. 33. d. 5. n. 7. & in Proc. tit. 12. a. 13. n. 38. Klock. Vol. 3. Conf. 193. n. 3. & 4. Dn. Straub. ad J. Justin. Ex. 25. tb. 19. ibique Thomas. in not. Hartmann. Pistor. obs. 77. In huiusmodi enim perlonis non tam scientia, quam Conscientia attendi debet. Dn. Brunnem. Comment. ad l. 8. ff. fin. regund. Christin. Vol. 2. decis. 184. Aut igitur statim ante inspectionem jurent, quo præsenti actu sua Conscientia rationem habeant, singulari studio omnia perpendant, sincere que profiteantur, neque vel spe lucrificujus decipi, vel metu dejici

dejici se patientur. *Ruland. de Commiff. l. 3. c. 10. n. 5. Hieron.*  
*de Mente Tr. de finib. reg. c. 32. n. 2 & seqq.* aut si tempus morari non patitur, post rei contemplationem deponant necessitate est. Et quidem pro diversitate objecti, de quo cognoscere debent, hoc fiat sive de veritate, si nimis res certo sciri potest, & sufficienter in sensu incurrit, e. g. locus vulneris, quantitas agri, qualitas aedificii ruinosi. *Dn. Stryck. de J. S. cit. diff. 1. c. 2. n. 43.* sive de Credulitate. *Carpz. p. 4. c.*  
*33. d. 5. n. 8.* si scil. veritas infallibiliter sciri nequit, sed causa in intellectu consistit, & per rationem ex conjecturis colligenda est, v. g. lethalitas vulneris, defloratio virginis. *Dn. Stryck. l. c. n. 44. cum ibi alleg.* Fundi valor, scil. eundem nec pluris nec minoris pretii esse, quam ipsi aestimaverint. *vid. l. Edictali. 6. §. bis illud. C. de secund. nupt. Farinac. qu. 78. n. 99.*  
*Carpz. p. 1. c. 32. d. 13. n. 3.* Et ita pronunciasse judicium Appellationum Elect. Sax. & Scabinos Lipsienses testantur. *Dan. Moller. l. 1. semebr. c. 10. n. 2. & 3. ubi plr. & Hartmann. Pistor.*  
*sing. obſerv. 77. n. 2. & 3.* Imo & aliquando juramentum purgatorium locum habet, quo se periti liberant ab omni depositionis falsa & dolosa suspicione. *vid. Carpz. p. 1. c. 22.*  
*d. 12. n. 5.*

§. II. Exciipiuntur autem ab hac præstatione illi, qui propter singularem artis sua scientiam & experientiam à Senatu publice ac solenniter recepti, vel etiam salariati sunt. His enim, quoniam statim ab initio receptionis jurarunt, se in quocunque casu deinceps veritatis religiosissimos futuros, merito remittitur, quippe cum illius juramenti vis ad omnes astus extendi possit. Enimvero admodum durum foret, toties jurare eos, quoties adlibentur, dum semel fidem & sinceritatem per totum officium promiserunt, & iniquitatibus generaliter renunciaverunt. Exemplo sunt Medici ordinarii, quos vocant *Stadt-Physicos*. Hi enim ob fidem Reipubl.

jam

ibidem

jam præstitam in casu obveniente ad jurandum ulterius compelli nequeunt. *Dn. Brunn. in Proc. Civ. c. 20. n. 63.* Quam efficaciam quoque juramento Medicina Doctorum & Licentiatorum in solenni promotionis actu præstito, adscribi vult *Dn. Stryk. diff. de J. S. l. t. 2. n. 32.* idque præjudicio Facult. Jurid. in Alma Viadrina confirmat. Consultum autem maxime putat Vir Magnificus cit. loc. ut illi, qui in exordio officii jurarunt, in illo inspectionis negotio istius Sacramenti admoneantur, ut eò majorem adhibeant curam arque sollicititudinem. Idem quoque ad alios cujuscunque artis cultores applicandum erit, ut, qui (sicut olim per singulas Civitates constitutus Zygostates, h. e. ponderum examinerat, qui nummos ponderabat & estimabat. *vid. l. 2. C. de ponderat.* ) hodie adhuc ejusmodi munere quasi publico funguntur, & ad res inspiciendas & taxandas judicialiter assumti sunt, ob solenne illud juramentum, ab initio officii præstatum, non amplius in progressu jurare iterum necesse habent. *Dn. Carpzov. p. l. c. 32. d. 63. num. 6. add. Pantzschmann. pract. qu. l. 2. q. 2. n. 7.*

§. 12. De numero eorum, quos Judex ad se melius & citius expediendum, in hujusmodi actibus, arbitrio suo relictis, nonnunquam adhibet, paucis monendum, quod eundem ipse definire poscit, ratio est in *l. 1. §. 2. ff. de Testib. ne scil. effrenata potestate ac vexandos homines superflua multitudo protrahatur. add. Gotbofr. ibid.* Interim certum est, unicum artificem sua sententia vel nihil, vel parum efficere posse, quoniam nec unus testis (qualem personam quilibet artifex optime repræsentat. *vid Carpz. l. c. 32. d. 63. n. 4.* ) ad rei fidem faciendam sufficit. *vid. Numer. 35. vers. 30.* Notum enim illud vulgatum: *Ein Mann/ kein Mann.* Nisi in quibusdam casibus, quos collectos *vid. in pecul. differt. Jen. bab. 1688. Rubr. de Teste unico.* Ergo plures, si haberri possunt, eligendi

gendi sunt, ad minimum duo vid. Matth. 18. vers. 16. Job. 8.  
vers. 17. 2. Corinth. 13. vers. 1. Hebr. 10. vers. 18. cum quibus S.  
Scriptura locis concordat l. 12. ff. de Testib. l. 20. ff. de quaest.  
Mascard. Vol. 2. Concl. 63. n. 14. Duo enim oculi plus vident,  
quam unus. Gail. 2. Obs. ill. n. 3. veletiam tres. vid supr. in §  
8. b. alleg. art. 60. statut. Geran. cumpromis, ubi duo assumti  
invicem dissentunt. Mascard. d. l. n. 15. Major enim zelus &  
cura presumitur, ubi plenior est numerus consultantium,  
notante Gotbofr. ad l. 17. ff. de Jur. Patron. ex Alciato. Quam  
materiam, uti alias controversam, erudite satis deduxit  
Gc-  
neroiss. Dn. à Stein, ILLUTRISS. COMITUM RUTHEN.  
à PLAVIA, &c. &c. in patria nunc Consiliarius in specimine  
Academ. publ. sub Magnifice Struvio habito Jen. 1687. Rubr. de  
Testimonioperitorum in arte. §. 12.

§. 13. His itaque omnibus rite observatis Judex, qui  
haec tenus ulterius in causa progredi non potuit, item facili-  
me finire, partesque conciliare valebit, cum hac ratione ve-  
ritas eruta censeatur. Conf. Pinell. ad l. 2. C. de Rescind. Vend.  
c. ult. n. 2. Unde quod ipse vel ex Collegio peritorum, vel  
saltem ex uno vel altero ad actum aliquem pro scientia exa-  
minandum electo, recepit, partibus statim publicare potest,  
cum vigorem judicialis sententiae jam habeat. Carpz. p. 1. c.  
26. n. 1. etiam si Jure Elector. Saxon. nec propria manu (se scil.  
approbare illud Consilium vel pronunciatum) eidem sub-  
scriperit, nec nomen suum expresse addiderit. Namque  
sufficit, judicem, cuius nomine à peritis fuit conceptum,  
per legere ac suo nomine publicare. dict. Conf. Elect. 26. ibi-  
que Carpz. def. 2. ut adeo autoritas judicialis hic denegari  
nequeat: Id. d. l. n. 5. Neque vero aliud obtinet in aliis, sive  
liberales artes profiteantur periti, sive illiberales, horum  
quippe sententiae non minor vis tribuitur, sed æque statim  
transit in rem judicatam. per Nov. 7. c. 3. §. 2. vers. ut neque.

ubi expressæ dicitur, illud, quod à Sunumariis, h. e. summae facienda, & rationis ineunda peritis æstimatoribus, puta, Architectis, & aliis artificibus mechanicis judicatum est, firmum esse & manere. *Carpz.* l. c. 26. d. 4. n. 2. & 3. ne lites in infinitum proteleantur. *I. fin. ff. pro soc. l. 10. C. de Transact.* l. 13. *C. de judic.* l. 2. *C. de re judic.* Cognoscere hoc licet in taxatione ædificii exstructi, ibi enim judex sine ulteriori probatione declarare potest tantum, quantum in hac arte versatî verisimiliter expendi potuisse afferuerunt. *Bald. in Rubr. C. de fid. instrum.* n. 34. vers. interdum. & in l. iii. ff. de condit. & demonstrat. *Job. Garsias de Expensis.* c. 20. n. 23. Sufficit enim, quod de opere confecto constet per operis evidentiam. *Possius Resolut.* 131. n. 19. & 23. Cujus rei elegans præjudicium refert *Ilescas in sua historia Pontificali sub vita Iuli XI.* §. 1.

§. 14. Sed queritur: An istiusmodi personæ, quæ rebus æstimandis judicialiter adhibentur, de dicto suo rationem dare debeant? Neg. proprio enim motu id facere non sunt obstricti, ob presumptionem veritatis, quæ pro illis intuitu Juramenti militat. *Dn. Stryck. de J. Senf.* c. 3. n. 3. Secus tamen se res habet, si Judex fundamentum assertionis ex ipsis quærat, ubi omnino isti artifices respondere sunt obligati. *Mascard.* Vol. 3. *Concl.* 175. n. 15. præsertim si causa propter quam inspectio instituitur non statim in oculos incurrat, sed per indicia tantum modo, sensibus obvia, intellectu colligenda sit. *Dn. Stryck. l. c. n. 5. ubi in seq. n. 7. exemplū in prædiis alicuius taxatorib⁹ adjicit,* quod nimirum hirationes suas exprimere debent, quare sibi res tanti æstimanda videatur, ut judici constet, quanti relationi eorum tribuendum sit. Æstimatione enim rei magis ad judicium & intellectum, quam ad sensus corporis externos pertinet. Unde si quis dubitet de veritate, ipsis onus probandi suam sententiam incumbit. *Mascard.* Vol. 2. *Concl.* 653. num. 10. Sed quid si partes æstimatorum errorem

errorem vel dolum per novam inspectionem docere velint,  
anne repellendi? Neg. præcipue in causis, quæ certitudinem  
in æstimando non admittunt. *Carpz. d. l. def. 5.* In his e-  
nam periti nemini præjudicare possunt. *Dn. Stryck. cit. c. 3.*  
*n. 5.* modo Leuterationem vel Appellationem justo tempo-  
re interponant. *Mascard. Vol. 2. Concl. 653. n. 13.* imo postea  
in termino compareant, (alias, nisi justa causa subsit, pro de-  
serta habetur appellatio. *Philipp. ad Proc. Elec. Saxon. art. 35.*  
*consider. 5.*) atque ad oculum evidentissime demonstrent, in  
quo priores artifices peccaverunt, vel quid in initio  
neglexerunt. *Conf. Dn. Richt. decis. 90. num. 48.* & *Paul. Chri-  
stian. Vol. I. dec. 280.* qui, an & quando hoc casu recte appelle-  
tur, uberius docet. Interim testimonium aliorum testimoni-  
ob metum subornationis amplius non valere, docet *Dn.*  
*Stryck. de Tract. n. u.*

## CAPUT IV.

### DE ÆSTIMATIONE JUDICIS ORDINARI.

#### SUMMARIA.

- I. *Æstimatione b. l. duplex.* II. *A judice ordinario sapientia taxan-*  
*tur res in dote tam constituenda.* III. *Quam constituta,*  
*scil. si non creditur congrua.* IV. *Alimenta, que debentur*  
*liberis.* V. *Uxori, legatario, debitori, qui gaudet princi-*  
*legio competentie, mente capto virginis stuprata.* VI. *Pu-*  
*pillo à tuto.* VII. *Æstimantur porro impensa.* IX. *Fa-*  
*cta à Marito in rem dotalem.* IX. *Ab Usufructuario in rem*  
*Usufructuariam.* X. *Ab eo, qui vel cum, vel sine titulo be-*  
*reditatem.* XI. & XII. *vel aliam rem singularēm hæc-*  
*nus possedit.* XIII. & XIV. *In Contractibus & quidem re-*

alibus Judex estimat (1) res mutuo datus vel acceptas. XV.  
 (2) penes alium depositas. XVI. (3) alteri commodatas. XVII.  
 & (4) oppignoratas, cum primis pacto quodam adjecto. XIX.  
 XIX. XX. & XXI. Neque pactum Antichreticum neque  
 Commisorum simpliciter improbandum, sed utrumque juxta  
 estimationem judicis tolerandum est. XXII. In Contracti-  
 bus Consensualibus, & quidem (1) Emtione Venditione Ju-  
 dex estimat lesionem, an sit enormis. XXIII. quid hic ob-  
 servandum. XXIV. in E. V. modificative facta, it. in Re-  
 trovenditione. XXV. (2) In Locatione Conduzione merce-  
 dem. XXVI. Hujus remissionem ob casum in prædio Urbano.  
 XXVII. & rustico. XXVIII. In Ammodatione. XXIX. &  
 XXX. (3) In Societate. XXXI. (4) Mandato. XXXII. In Contracti-  
 bus Innominitatis. XXXIII. In Quasi Contractibus, & qui-  
 dem (1) Tutele administratione. XXXIV. Quoad pupilli e-  
 ducationem. XXXV. Bonorum alienationem. XXXVI. Sum-  
 tuum erogationem. XXXVII. Tutoris Salarium. XXXIX.  
 (2) In negotiorum gefione. XXXIX. (3) In hereditatis addi-  
 tione. XL. ratione Legitima ex solvenda. XLI. hujus materia  
 & computandi modus. XLII. & praefandorum legatorum,  
 ubi simul de Quarta Falcidia & Trebellianica. XLIII. (4)  
 In hereditatis communione. XLIV. Quomodo fiat portionum  
 additio? XLV. (5) In rerum singularium communium  
 divisione. XLVI. (6) In Confusione finium. XLII. (7) In re-  
 cepto vel in navina, vel cauponam, vel stabulum. XLIX.  
 (8) In iactu marino, & Avaria. XLIX. Judex etiam esti-  
 mat interesse in Contractu. L. propter culpam vel moram  
 debitoris, vel quod in loco convento non solvit. LI. Quid confe-  
 randum circa interesse intrinsecum in E. V. LIL. Interesse,  
 quod petitur vel ob pauperiem animalis. LIII. vel ob delictum  
 hominis. LIV. Damnum ab homine datum homini pro rati-  
 one personarum & membra corrupti estimatur. LV. Quod  
 Juri

Juri Saxon. non repugnat. LVI. In estimationem damni etiam opere veniunt. LVII. Cautiones etiam à Judice determinantur. LIIX. ir. Pæna pecuniarie. LIX. Exempla. LX. De Litium Expensis, quatenus à victo victori debentur. LXI. A judice moderari solent. LXII. Cur & quomodo id fiat. LXIII. De Estimatione judicis circa salarym suorum Assessorum, it. Advocatorum. LXIV. Notariorum & Scribarum. &c.

S. I.

**Q**uemadmodum autem locus judicij dupliciter constituiatur juxta Schach. in coll. pract. adit. de recept. arbitr. Nimirum vel ex dispositione juris, quando ordinarie in loco judicij, ubi communiter ius redditur, causa peraguntur, vel ex conventione partium, scil. electis arbitris: ita quoque Aestimatio, præprimis ductu eorum quæ supr. in Cap. I. §. 7. dicta sunt, haud incommode dividi potest in Judicialem nam ēώχη talem, h. e. quæ sit à judice ordinario, publicam à superioritate territoriali de causis controversis cognoscendi & judicandi facultatem habente. *Lauerb. tit. de judic. p. m. 98.* & privatam s. extrajudicialem, quæ ab alio, specialiter à privatis electo, in judicio quasi conventionali expertitur. *vid. Dn. Struv. Jurpr. I. 4. t. I. §. 1.* De quo utroque membro nunc sermo insituerendus est; & quidem de primo, ut principaliore, agemus primum, posterius ad Cap. seq. cum DEO servaturi.

S. 2. Non raro igitur Dos, in rebus, quæ sunt in commercio, consistens. *Dn. Struv. in Jrpr. I. I. t. 8. §. 4. Brunnem. in Paratit. Wef. de J. dot. qu. 7.* ob qualitatem suam & quantitatem in judicio aestimari solet. *I. 27. ff. de R. Vind. Decius Vol. 2. Conf. 17.* Et quidem vel ex postfacto, ubi scil. res dotales à marito solo viliore pretio jam tum aestimatæ, denuo taxantur. *I. 6. C. solut. Matrim. Dn. Carpz. p. 3. c. 7. d. II. veletiam,*

E 3

quod

quod magis frequens & consultum est, statim ab initio. Id quod evidentissime patet in casu, ubi bona estimato in dotem dantur sive taxationis (alias demonstrationis) sive venditionis gratia. Lauterb. ad tit. de J. dot. lit. O. ideo enim judicis arbitrium adhibetur, ut priori casu bonis postea vel non amplius existentibus, vel saltē deterioratis constet & probari possit, quanti valuerent res, cum in dotem darentur, & quantum uxori sit restituendum. Mascard. Vol. 2. Concl. 652. n. 1. Posteriori vero casu, ut Maritus, qui tunc non amplius ad restituenda bona (sive hæc sint alienata, sive adhuc extenta integra) præcise obligatus est. Dn. Struv. d. l. n. 1. & 2. add. Covarruv. pract. qu. c. 28. sciat, quid & quantum pecunia solvere necessum habeat. Hac enim summa à judge determinata, quippe vero & justo pretio l. 6. C. solut. Matr. mulier contenta esse debet, nec potest ulterius aliquid urgere. E. gr. Parente juxta modum patrimonii in dotem dare promittit 500. thal. postea vero paratam pecuniam non habens offert domum, quæ non quidem ex præterita aliqua Emtione, sed præsenti judicialiter estimatur. Mascard. Vol. 2. Concl. 650. n. 6. & Marito novo adjudicatur. Qua quidem estimatio, tanquam vera & genuina in futurum omnem aliam taxationem excludit, uxoremque securam reddit de doce, sive Maritus factus sit Dominus revocabiliter, h. e. cum restitutione, si res adhuc exstet. l. 21. C. de J. dot. l. 5. C. de fund. dot. Carpz. p. 2. c. 42. d. 19. n. 21. sive irrevocabiliter, h. e. in totum. l. 42. ff. de J. dot. Carpz. d. 4. def. 21. ad hunc effectum, ut licet domus exstet, liberetur estimatione soluta. Hoc enim casu quasi emtio contracta censemur. l. 16. ff. de J. dot. l. 5. C. cod. add. Gotbofr. ad l. 6. C. solut. Matrim. add. Barthol. Kellenbenz. in Tr. de Renunciat. success. q. 29. n. 4. Rittershus. ad Novell. p. 269.

§. 3. Quemadmodum autem Dos constituta debet  
essere

esse congrua, alias dos non dicitur. *Gail. 2. O. 89. n. 10.* ita si  
lia, quæ dote accepta etiam juramento renunciat hæreditati  
paternæ, adhuc integrum est petere restitutionem, si pu-  
tet, se dotem incompetentem, nec continentem legitimam  
aceperit. *Gail. 2. O. 147. n. 2. conf. Barth. Kellenbenz. in cit. e-  
leganti Tr. de Ren. success. qn. ult.* Nunquam enim dos intel-  
ligitur, nisi competens, quia succedit loco legitimæ. *Gail. 2.  
O. 89. n. 6.* nec tale juramentum ob enormem laisionem est  
obligatorium. *protext. inc. obligatorium de R. I. in 6.* Judex  
igitur eandem estimare debet, an conveniat legitimæ, & an  
constituta sit secundum qualitates & facultates parentis, tem-  
pore elocationis & renunciationis existentes. *I. 61. 69. §. 5. in  
fin. ff. de J. dot. l. 28. C. de Episcop. Audient. l. 7. & 18. in fin. ff.  
de in rem vers. l. 43. de legat. 3. Dn. Carpz. p. 2. c. 46. d. 17. n. 4.*  
it. juxta dignitatem Mariti. *d. l. 69. §. 4. ff. de J. dot.* (quæ ta-  
men hodie aliquando, nisi pater tenax sit, non attenditur)  
& juxta loci, regionis & familiae consuetudinem. *Gail. 2. O.  
147. n. 7.* Hujusmodi enim causa, utpote plerunque valde  
dubia, vix felicius ab alio, quam a judice discernitnr, uti  
cum Dd. aliis docet *Dn. Carpz. ex Confir. Elect. 35. p. 2. verb.*  
stehet in guter vernünftiger Bescheidenheit. *in def. 5. add.  
Menoch. Vol. 1. Concl. 570. n. 13.* Neque alter proceditur, si fi-  
lia ex feudo dotanda. Si enim pater in hæreditate tantum  
non reliquit, unde filia aut legitimam consequi, aut elocari  
queat, Jure Saxon. in subsidium (secutus Jure March. & Po-  
meran. ubi indistincte. *vid. Dn. Stryck. in Exam. J. Feud. c. 21.  
qn. 24. add. Dn. Brunn. ad l. un. C. de rei uxor. act. & 2. De-  
cis. 60. n. 6. in Müller. in præl. for. March. Resol. 62. n. 21.) ex  
ipso feudo dos debet constitui. *Magn. Dn. Struv. in S. F. c. 14.  
a. 17. n. 4. & 2.* cum multis ibi alleg. Dd. cuius quantitatem  
consideratis omnibus circumstantiis Feudi Dominus deter-  
minat; hujus enim plurimum interest feuda non onerari,  
ne per*

ne per excessum dotis inhabiliis reddatur Vasallus ad praestanda servita. Hartm. Pistor. p. 2. q. 37. n. 16. Unde & Carpz. p. 4. c. 46. d. 18. in præjudicio refert: Wie hoch die Ausstattung zu richten / wird auf des Lehn-Herrns bestes Erkäntniss und Ermeßigung billig gestellt? V. R. W. add. Id. Tr. de Oner. Fend. decis. 3. post. 5.

S. 4. Sic modus Alimentorum, quippe pro ratione facultatum constituerendus. I. 1. C. de aliment. præst. l. 2. & 3. ff. ubi pup. educ. arbitrio judicis committitur. Quid si enim ex improbitate pater denegaret educationem liberis, sane Judex ex officio sub certa æquitatis Civilis determinatione eundem cogere potest. vid. Arnold. de Reyber. in Thes. p. m. 18. ut pro qualitate sua liberi alimenta percipient. Richt. p. 2. Cons. 9. n. 205. Cum Jure Naturæ pater ad hoc officium teneatur. I. fin. C. de Alend. lib. Guill. Grot. de princ. J. N. c. 10. §. 10. & per hanc denegationem necare videatur. I. 4. ff. de agnosc. & alend. liber. Gail. 2. O. 88. n. 6. add. Barbos. in Thes. cap. Aliment. axiom. 3. ubi etiam limit. addit. Id quod non tantum in patre legitimo, sed & naturali procedit. I. 9. C. de patr. pot. Autb. licet. C. de Natur. lib. Nam contra nonnullorum sententiam, quos vid. ap. Josiam Nolden. de Autorit. Nob. Civ. Vol. 3. n. 103. & seqq. Spurio non minus atque filio legitimo alimenta judicis arbitrio deberi tradunt Menoch. de A. I. Q. l. 2. cent. 2. cas. 69. n. 9. Hartm. de Aliment. l. 3. c. 3. Covarruv. de Spons. c. 8. §. 6. n. 7. & seqq. Surdus de Aliment. t. 4. q. 18. n. 5. Gratian. Tom. i. discept. forens. c. 112. per tot. ubi & de praxi testatur; & quidem æquitate Juris Canonici, quia alimenta tam ex commiseratione, quam necessitate debentur. Gail. 2. O. 88. n. 4. de quo etiam testatur Dn. Carpzov. p. 4. c. 27. d. 5. ibi: Und auf solchen fall ist die Leibes Frucht auf richterliche Ermeßigung zu alimentieren. V. R. W. Porro Judex æstimat sumtus

fa-

factos in educationem liberorum, quos pater calstra secutus reliquit. Hic enim revertens minime liberatur à præstatione alimentorum, sed dicto modo necessaria vitæ subsidia pro conditione sua restituere tenetur, uti casum in terminis exhibet *Dn. Brunnem. Cent. i. decif. 75.* ubi pro singulis septimanis 8. argentei, & singulis annis 17. thaleri fuerunt adjudicati. *add. ibid. cit. Dn. Carpz. in Jurpr. Confib. 12. def. 342.* Tandem si pater filio literis incumbenti ex avaritia vel durius suspenditare recusat sumptus studiorum, Judex certam quantitatem signare potest, ne filius illa negligat, & publica salus detrimentum capiat. Et hinc est, quod LL. Rom. illi, qui absque mandato Patris filio succurrerit, actionem tribuant ad repetendum id, quod in Academia solvit. vid. *Brunnem. in Parat. Wesenb. tit. de negot. gest. quest. 20.*

§. 5. In decernendis Mulieri, quæ ob saevitiam Marii separata. *Dn. Brunnem. Cent. 3. dec. 63. n. 3.* alimentis, Magistratus habeat respectum ad quantitatem dotis, qualitatem Matrimonii, dignitatem Alimentarii, & ad consuetudinem regionis. *Cravett. Conf. 109. Klock. Vol. 3. Conf. 155. n. 207.* Si alimenta simpliciter nec adjecta quantitate legata, vel per fideicommissum relicta, illa, uti statim debentur, ita vel pro consuetudine & charitate defuncti, vel pro qualitate legatarii & quantitate patrimonii *l. 14. ff. de ann. legat. ibique Gorbofr. l. 10. §. 2. l. 22. ff. de aliment. cibar. leg. Arnold. de Reyerber in Thesaur. voc. Alimenta. n. 88.* Videtur itaque cessare quidem estimatio judicis in casu, ubi ex fundo taxative relicta, quia tunc ipso jure certa ac determinata summa debetur. *arg. dd. txx.* Verum nihilominus interdum alimentaria relicta juxta arbitrium judicis exsolvuntur, si v. g. fundus vel ex hostium incursu, vel alio casu, quem diligentia hominis avertere nequit, per aliquot annos desolatus jacuit, nihilque pecunia datum fuit. Nam illa alimentorum

quantitas ex fundi taxati fructibus relicta censetur, unde hi, cum sine culpa Domini haec tenus defecerint, aliunde non supplendi, sed Judex in quantitate debita ex aequitate temperamentum interponere deberet. vid. Dn. Brunn. Cent. 2. Decis. 2. In illo etiam casu, ubi debitor gaudet privilegio competentiae, seu: ubi non in solidum, sed in quantum facere potest, condemnatur. Dn. Struv. in Jurpr. l. 3. t. 14. §. 8. ita scil. ut sibi & familiae alimenta salva maneat, opus est, ut secundum arbitrium & moderationem judicis decernantur. arg. l. Tutor. 13. ff. de Admin. tut. l. 1. §. Matier. 19. l. 4. §. 1. ff. de Ventr. in poss. mitt. conf. Philipp. ad I. l. 4. Ecl. 60. in qua de personis variis, quibus hoc privilegium competit, prolixe agit, additis simul diversorum Scabinatum praedium, id ipsum confirmantibus. Parili ratione Judex arbitrabitur alimenta, quae stuprator puellamente captæ praestare tenetur ultra poenam fustigationis, idque secundum Constit. Electoris Saxon. qui hujusmodi personis ex commiseratione succurrere voluit, daß solchen Sinn-losen ledigen Weibes-Bildern nach billiger Ermelegung ein Unterhalt zu machen. vid. Carpz. p. 4. c. 26. d. 2.

§. 6. Sapissime etiam (salva exceptione in l. 2. C. de alim. pup. præf. vid. Zaf. ad tit. ff. ubi pup. educ. n. 3.) maxime consultum est, ut Magistratus alimenta pupillis decernat l. 3. pr. ff. ubi pup. educ. deb. Nam cum haec non tantum pro ratione dignitatis, scil. nobilioribus personis ampliora. Wefenb. l. 1. Conf. 50. n. 21. sed & cum primis pro ratione facultatum constituir debeat. l. 2. §. 1. & l. 3. §. 1. ff. d. t. opus est, ut Judex decretum interponat, quantum ad alimenta erogandum sit. Dn. Stryck. in Caut. Contract. sect. 3. c. 2. §. 10. in fin. quicquid igitur præter modum debitum datum fuit, postea in rationibus non admittitur. vid. infra. §. 34. b. cap. Interim in hac ipsa alimentorum estimatione Judex inventarium bonorum

notum pupillarum diligenter inspicere debet, ut exinde  
fructuum percipiendorum quantitas elucescat. l. 3. §. 3. & 4.  
ff. ubi pup. educ. Ex redditibus enim l. 3. §. 1. eod. non secun-  
dum valorem bonorum alimenta decerni debent. Boer. De-  
cis. 19. n. 8. Aliquando enim accidit, ut bona magni valoris  
paucos redditus afferant; quo casu ex facili proprietas, ob e-  
ventualem alienationem, amitti posset. Neque tam en uni-  
versos patrimonii redditus absumi juvat, sed studendum, ut  
a fieri licet, ex reditu semper aliquid super sit l. 3. §. 1. ff. ubi  
pup. educ. ne forte aliquando ob casum circa fructus, capita-  
lia imminuere cogatur pupillus. Dn. Stryck. cit. sect. 3. c. 2. §. 10.

§. 7. Antequam vero ad contractus accedamus, opera  
pretium erit nonnulla præmonere de Impensis, ubi scil. ali-  
quid ad rei conservationem vel meliorationem impenditur,  
l. 13. §. 5. in f. ff. de usuf. (a quibus differunt Expensæ, quip-  
pe quod vocab. in foro & praxi de sumitibus in item factis  
proprie dictum volunt. Heinr. Temmen. de Expens. litium c. 2.  
n. 23 de quibus pr. infr.) In hac autem materia cum primis  
Magistratus arbitrium sive æstimatio requiritur. Menoch. Vol.  
1. Concl. 76. n. 9. quippe cum omnes impensæ in facto con-  
sistant. arg. l. 32. pr. ff. de Usuf. & plerumque legitimus in li-  
quidando modus exferre omnibus connata habendi cupidi-  
tate excedi soleat. Hinc etiam sive ob rei meliorationem,  
sive ex lege contractus petantur, ad evitandam novam li-  
tem de laſione debitoris dispeſio earum judici rectissime  
relinquitur, qui adhibitis rerum peritis Dn. Stryck. de J. Sens.  
diff. c. 1. n. 75. manifestum faciat, quanam sint necessariae,  
utiles & voluptariae. Dn. Stryck. c. l. n. 76. Non raro enim  
in hypothesi propter circumstantias vel personarum vel re-  
rum variant, & una species ex accidenti alterius naturam in-  
duit. l. 25. in fin. ff. de pignor. act. l. 38. pr. ff. de Rei Vind. Por-  
ro quænam magna & modica nominanda, itidem ab æsti-

matione judicis depender, qui hoc attentis circumstantiis, quantitate & qualitate rei arbitratur. *Gloss. ad l. 7. §. 2. ff. de Usufr. Schneid. ad. §. 2. I. eod.* De modicis enim hoc notandum est, quod haec curari non soleant. *l. 12. l. 15. ff. de impens. in res dot. fact.*

§. 8. Et hoc præcipue locum obtinet in casu, ubi Maritus propter fundum sumptus liquidavit. Etenim sicuti quos ad præsentis anni fructus percipiendos fecit, ut & tributa *l. 13. ff. de impens. in res dot. fact. Magn. Dn. Struv. Ex. 30. tb. 59.* in rationibus non admittuntur, ob compensationem, quæ cum ipsis fructibus, ad quantitatem redactis, intercedit. *l. 3. §. 1. ff. eod.* & quia semper res, ex qua speratur lucrum, cum onere possidetur. *c. quis sentit. 55. de R. I. in 6.* ita Judex ulterius circa has impensas in genere observet, quanam & hic magna sint & modica, quippe cum per hoc tanquam summe necessarium res alias difficilis maximam partem decidi possit. Modicæ enim impensæ hic plane negliguntur. *vid. l. 12. l. 7. §. hactenus. ff. de usufruct. Schneid. ad. §. 39. I. de Action. n. 12. add. Garfas de expens. & meliorat. passim.* etiam si sint necessariae, v.g. reparatio fenestrarum, fornacis, januæ, dd. tx. videntur enim ibidem compensari per subsequens lucrum certissimum. Eadem juris dispositio ratione estimationis reperitur in iis impensis, quas maritus ornatus vel jucunditatis causa fecit; haec enim, etiam si uxor mandaverit, ab ipsa minime refunduntur. *l. 9. & u. pr. ff. de impens. in res dot. l. 12. §. 11. mandat. l. un. §. 5. C. de rei uxor. act.* sed si sine laesione prioris status fieri possit, ornatus ablatio tantum permittitur. *l. 9. ff. de impens. in res. Hahn. ad Wescnb. d. t. n. 3. l. un. §. 5. C. de rei ux. act. ibique Dn. Brunnem. l. 39. ff. de petit. hered. Wissenb. Diff. 49. tb. 3. Schneid. d. l. n. 16. add. Magn. Dn. Struv. Jrpr. l. 1. t. 8. §. 7. & Ex. 30. tb. 62.* nisi mulier hanc impedire velit, tunc enim exactio impensarum Marito per exceptionem doliarbitrio judicis

dicis omnino competit, d. l. 9. ff. de impens. Dn. Struv. Ex. cit.  
E contrario magnas, easque necessarias & utiles maritus re-  
ete repetit. l. 5. ff. de imp. in res dota. & illas quidem præce-  
dente judicis aestimatione remedio retentionis & compen-  
sationis ipso jure concessa. l. un. §. i. C. de rei ux. act. Dn.  
Brunn. tit. de compensat. ad Wes. Parat. qu. 7. & 17. non ta-  
men eodem beneficio utiles d. tx. sed mediante vel actione  
mandati, vel alio remedio. vid. Magn. Dn. Struv. Ex. 30. tb. 61.  
Schneid. d. l. n. 15. licet de Jure Vet. obstet. l. 1. cum seqq. ff.  
de imp. in res. vid. Vinn. & Mynsing. ad §. 39. I. de Action. Lau-  
terb. d. l. p. m. 455.

§. 9. Idem servatur in Usufructu constituto. Quam-  
vis enim Usufructuarius omnes sumitus in Rem Usufructua-  
riam factas, non proprietarius ferre videatur. Schneid. ad §. 2.  
I. de usufr. n. 20. Hahn. ad Wesemb. tit. de usufr. n. 5. quoniam  
is, qui commodum percipit, etiam incommodum & onus  
sentire debet. c. qui sentit. 55. de R. I. in 6. Hoc tamen non  
de omnibus impensis intelligendum erit, sed Judex aesti-  
mans Usufructuarium ad illas tantum condemnabit, quæ ad  
refectionem & conservationem rei pertinent, (ita tamen ut  
pristica rei forma maneat. vid. l. 13. §. 4. l. 15. pr. ff. de usufr.  
Magn. Dn. Struv. Ex. 12. tb. 22.) & modica sunt, h. c. quæ ad  
temporalem fructuum perceptionem spectant. Dn. Struv.  
in Frpr. l. 2. t. 8. §. ii. Magnas enim & immodicas, quæ fru-  
ctus exsuperant, & perpetuam rei utilitatem concernunt,  
proprietario adjudicari debent; adeo, ut quilibet usufru-  
ctuarius vel retentione, vel etiam actione Negot. gestorum  
id repeteret valeat, quod ultra modum fructuum bona fide  
impendit. l. 7. §. 2. ff. de usufr. vers. hac tenus. l. 27. §. 3. ff. dict.  
tit. l. 30. §. 1. de legat. 3. l. 7. C. de usufr. ibi: fructuarium sarta-  
tecta prestare debere &c. Add. Perez. ad C. de usufr. n. 15.  
Hahn. ad Wesemb. de usufr. & quemad. &c. n. 5. in fin. Capp.

Klock. de Contribut. c. n. n. 115. & seqq. Dn. Carpz. l. 1. Resp. 105.  
 n. 12. Richter. p. i. decif. 20. n. 26. Lauterb. ad cit. tit. in fin.  
 Magn. Dn. Struv. Ex. 12. tb. 23. & seqq. Nemo enim secundum  
 æquitatem plus danni perpeti debet; quam habet sperare lucri ex re ad se non pertinente. Quem excelsum, uti  
 monitum, prudens Judex moderare debet. Præterea etiam  
 in Quasi Uſufructu, rerum scil. quæ uſu consumuntur. Dn.  
 Struv. in Jrpr. l. 2. t. 8. §. 12. æstimatio mediante judice in-  
 stituitur quam commodissime, tam ratione cautionis offerri  
 debitæ, tam etiam, ne postea finito uſufructu, si res ejusdem  
 qualitatis non adsit, proprietarius defraudentur iniquo pre-  
 tio. l. si vini. 7. ff. de uſufr. car. rer. que &c. conf. Cornejus.  
 vol. 2. Conf. 187. lit. C.

§. 10. Æstimatio etiam judicis vim suam exercit ulterius, quando quis vel hæreditatis universitatem, vel etiam  
 rem aliquam singularem hactenus possedit l. 9. 10. l. 13. §. fin.  
 l. 42. ff. & l. 7. C. de hæred. petit. jam verò in redhibitione  
 erogatos sumtus repetit. Quemadmodum autem in utro-  
 que casu hac cognitione opus est, an possessor sit in bona, an  
 verò in mala fide: ita secundum hanc qualitatem non tan-  
 tum testitatio rerum, sed & repetitio impensarum fieri solet,  
 ita ut modo major, modo minor impensarum summa in li-  
 quidatione admittatur. Enimvero b. f. possessor, seu qui  
 res hæreditarias hactenus pro hærede possedit. l. 9. ff. & l. 7.  
 C. de hæred. petit. easdem ita restituere debet, in quantum  
 ex iii. ipsis earumque fructibus secundum judicis arbitrium  
 factus est locupletior. l. 25. §. n. l. 40. §. 2. l. 28. l. 56. ff. l. 1. C. de hæred.  
 petit. Magn. Dn. Struv. Ex. 10. tb. 15. M. f. verò possessor,  
 alias prædo dictus in l. 38. ff. eod. qui tantum pro possessore  
 & sine titulo habuit. l. 11. §. 2. l. 12. seqq. d. t. tenetur ad o-  
 mnia, quæ non tantum jam possidet, l. 28. ff. de hæred. petit.  
 add. l. 8. l. 20. §. 6. l. 25. §. 2. ff. eod. sed & ad omnes fructus  
 tum

tum perceptos, l. 25. §. 4. tum percipiendos. l. 20. §. 12. ff.  
 d. t. vid. Hillig. ad Donell. l. 19. c. 14. lit. g. & seqq. ita tamen,  
 ut liquidatio impensarum, quas uterque possessionis tem-  
 pore fecit, autoritate judicis justificetur, quippe qui optime  
 determinare valet, quantum probabiliter erogatum, & quan-  
 tum ex bono & aequo deducendum sit. In ipso autem æ-  
 stimatiōnis negotio bene observare debet, an in fructus, an  
 vero in rem ipsam facta impensa. Illa enim statim de-  
 ducenta sunt, quiescunq; etiam fructus perantur l. 36.  
 §. ult. ff. de pet. hered. l. 51. fam. ercisc. add. l. 46. ff. de usur. l. 30.  
 & 56. ff. presoc. Salvā interim pro b. f. possidente lege 37. ff.  
 eod. vid. Strauch. Diff. 18. tb. 1. ibique Thomas. in not. Magn.  
 Dn. Struv. Ex. 10. tb. 62. Impensa vero in rem ipsam  
 facta ita æstimanda veniunt, ut necessaria itidem tam b. f.  
 l. 79. pr. & §. 1. ff. de V. S. l. 5. §. fin. l. 10. 14. §. 1. de impens. in  
 res dot. Bachov. ad Trentler. vol. 2. disp. 20. tb. 6. quam m.  
 f. possessor recipiat l. 38. ff. de hered. petit. quoad hoc enim,  
 ut & quoad deductionem impensarum utilium, de jure be-  
 nignitatis, inter ipsos nulla habeat differentia. d. text. add.  
 Ungep. ad Inst. Ex. 6. qu. 3. p. m. 307. & seqq. hac tamen limi-  
 tatione, ut m. f. possessor utiles non recipiat prius, quam u-  
 tilitas in re extante judici est probata d. l. 38. in fin. vid. §. 30.  
 I. de rer. divis. Dn. Struv. Ex. 10. tb. 42. Illas demum, quas  
 iudex voluptatis tantum gratia erogatas esse viderit, in ratio-  
 nibus ita recipiat, ut b. f. possessor in hoc universaliter judicio  
 statim deducatur jure scil. retentionis; m. f. possessor vero  
 tantum beneficium tollendi remaneat, si salva re principali  
 id fieri queat. l. 39. §. 1. ff. de hered. pet. vid. plr. ap. Dn. Brun-  
 nem. Lauterb. Eckolt. Struv. aliosque Comment. ad tit. de he-  
 red. petit.

§. ii. In possessione rei singularis illa ipsa, qua in præ-  
 ced. §. dicta sunt, iudex ponderabit. Scilicet utrum quis  
 rem

rem ante actionem motam possederit civiliter, sive animo & opinione Domini. l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. 22. §. 1. de noxal. act. Cujac. 9. Obscrv. 33. Anton. Marth. ad §. 5. I. ac Interd. Facbin. 8. Controvers. 5. h. e. bona fide §. 37. I. d. R. Divis. l. 1. ff. pro suo. l. 3. §. 21. ff. de A. vel A. Poss. l. 11. ff. eod. l. 13. ff. de R. J. add. Magnif. Dn. Struv. Ex. 42. tb. 18. Lauterb. p. m. 569. sign. t. n. (2.) An vero naturaliter, absque animo Domini. l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem. h. e. mala fide. l. 6. ff. de A. vel A. Poss. l. 67. ff. de furt. Dn. Struv. d.l. tb. 6. seq. Excusis enim his aliquis circumstantiis l. 38. ff. R. V. impensarum liquidationis moderatio felicissime fieri potest. Quæcunque enim quærendorum, colligendorum & servandorum fructuum gratia factæ, in easdem judex possessorem non condemnabit, quia ipso jure compensatio est concessa. l. 7. S. utr. ff. solut. matrim. add. plr. in §. præced. quin potius accurate investigare ipsum oportet; quid vel ex necessitate, vel utilitate, vel voluptate in rem possessam erogatum sit.

§. 12. Itas enim quivis possessor per exceptionem doli oppositam repetit. l. 14. ff. de dol. mal. except. l. 48. ff. & l. 5. C. de R. V. ibique Dn. Brunnem. l. 14. §. 1. ff. commun. divid. l. 33. de condic. indeb. l. 38. ff. de hered. petit. neque animo donandi fecisse creditur, l. 18. de adim. legat. l. 39. ff. de donat. conf. Garsias de Expens. c. 2. n. 1. Hahn. ad Wefenb. de R. V. n. 7. Ludw. Ex. 4. tb. 8. lit. c. Strauch. Diff. 18. a. 1. Schnobel. ad ff. Ex. 5. tb. 26. add. Magnif. Dn. Struv. Ex. 18. tb. 1. dum necessitate motus potius fecerit, quantum in se. arg. l. 15. §. 1. ff. de R. V. l. 36. §. 1. ff. de hered. petit. Excipiuntur tamen fures. §. 2. I. de Usucap. l. 67. §. 2. de furt. l. 13. de Condic. furt. l. 1. C. de infant. exposit. ibique Dn. Brunnem. Garsias cit. loc. n. 7. Menoch. Remed. recip. poss. 15. num. 516. & lib. 2. de A. Jud. Ques. cauf. 258. n. 50. Dn. Struv. Ex. 11. tb. 31. Circa utiles obser-

obseruandum, quod b. f. possessor in re, quam hactenus te-  
nuit, demonstret utilitatem petitori. §. 31. I. de R. Divis. l. 27.  
§. 5. l. 30. l. 48. ff. de R. Vindic. add. l. 29. §. 1. & fin. l. 38. ff. cod.  
Alias, quod sibi tantummodo utile fecit, potest tollere, ne  
damnum patiatur. dd. text. modo fiat absque malitia. vid.  
l. 9. ff. impens. in res. dot. add. cit. l. 38. & Straub. diff. 18. a. 4.  
Dn. Struv. Ex. II. tb. 24. quod & in voluptuariis servatur.  
l. 39. §. 1. de imp. in res. quatenus pro utilibus habentur.  
arg. l. 10. §. idem ff. mandat. l. 3. §. 4. ff. de in rem vers.  
l. 28. 29. 30. ff. de R. V. l. 25. de pignor. act. l. 9. 10. ff. de  
impens. in res. Ex adverso m. f. possessor utiles impen-  
fas hoc casu solummodo auferre debet. §. 31. I. de R. D.  
l. 37. ff. & l. 5. in fin. C. de R. V. Hahn. ad Wefenb. cod. n. 7. in  
fin. vid Lauterb. in Comp. J. d. t. p. m. 117. si rei petitor velit.  
d. l. 38. vers. constituimus. & l. 9. ff. de imp. in res. Si enim  
hic tantum offerat, quantum ex arbitrio judicis habiturus  
esset rebus iis ablatis possessor abstinere tenetur. Magnif.  
Dn. Struv. Ex. II. tb. 24. Ac tantum de impensis, quarum li-  
quidationes judex præcipue aestimatione sua moderare, at-  
que prout veritati ac æquitati congruum, decernere debet,  
hic dictum esse sufficiens; alia interim sumtuum genera,  
qua in contractibus præcipue obvia, eorum tractationi sub-  
sequenti sumus reservaturi.

§. 13. In mutuo quidem regulariter obtinet, ut,  
quia semper in eodem genere, quantitate & qualitate illud  
restituui debet §. 1. I. qu. mod. re contrab. obl. Dn. Struv. Irpr.  
l. 3. t. 4. §. 4. & in S. J. C. Ex. 16. tb. 5. 7. & 24. Creditor non  
teneatur aliud pro alio accipere à debitore per l. 2. §. 1. ff. de  
reb. cred. l. 2. ff. si cert. pet. l. 4. §. 3. ff. de re jud. Dn. Struv. in  
Irpr. l. 3. t. 21. §. 7. n. 2. & Ex. 16. tb. 26. & 27. add. Barbos. in  
Thes. voc. Solvere, axiom. 25, cum multis ibi alleg. Dd. Si  
cuti nec procedit, ut urgente Creditore debtor vel aestima-

tionem vel aliud solvat. *l. 5. C. de Agrit. tens. & coln.* Eodem enim modo, quo contracta Obligatio, iterum solvi debet. Hoc tamen ita accipiendum est, si res mutuata adhuc existet, vel in eadem provincia ejusdem bonitatis haberi queat. *vid. l. 23. ff. de Constit. pec.* Alias ista, etiam citra culpam debitoris perdita, *conf. Dn. Struv. Irpr. l. 3. t. 21. §. 23.* (Se-  
cūs in debitore speciei) *l. 26. §. 1. l. 36. §. ult. ff. delegat. l. 1. 23. 97.*  
*pr. & §. 1. ff. de V. O.*) vel ejus justa, h. e. qua currit in loco,  
ubi solvenda est. *l. 8. pr. ff. de condic. furt.* aestimatio debe-  
tur. *l. u. C. si cert. pet.* Si scil. tempore solutionis ejusdem  
qualitatis nulla reperiatur, vel alias ob istiusmodi defectum,  
sicque ex necessitate reddi nequeat. *Dn. Struv. Irpr. l. 3. t.*  
*21. §. 7. in fin.* Item Aestimatio obligationem solvit, si par-  
tibus statim ab initio placuerit à natura contractus recedere,  
& inter se consenserint e. g. pro vino generoso vinum de-  
terius, seu quod non est ejusdem bonitatis dare & accipere,  
ita tamen ut neuter damnum sentiat. Hoc enim omnino  
procedit. *l. paf. a convinta. 72. ff. de contrab. emt.* cum bo-  
nitas non ad substantiam, sed ad naturam mutui referenda sit.  
*Fachin. 2. Contra 69.*

§. 14. Parili ratione in mutuo irregulari, ubi pro pe-  
cunia mutuata postea frumentum, vel ), volentibus parti-  
bus solvitur, Judex mensurari debet, quo justa utrinque adsit  
æqualitas. Negat quidem hunc casum in mutuo *Borcholt.*  
*Cent. 2. affert. 20. & recte;* quatenus ab initio partes velint ita  
contrahere. Substantialia enim contractus partium con-  
ventionibus immutari nequeunt. *l. 2. ff. si cert. pet. l. 2. ff.*  
*de usufr. ear. rerum, que usu consum.* Verum & hac ratione  
obligationem ex mutuo tempore solutionis tolli posse, du-  
biuum non est. *vid. Carpz. p. 2. c. i. d. 9. n. 5. Dn. Struv. Irpr.*  
*l. 3. t. 4. §. 10.* Sufficit enim in hac irregularitate, contractum  
ab initio animo mutuandi celebratum fuisse, seu formam  
mutui

mutui habuisse. add. Schneider ad lit. I. Q. m. re contr. obt. §. 1. num. 13. licet ex postfacto vel ex necessitate, vel mutua voluntate debitor liberetur. Dn. Ungepaup. Ex. 10. qu. 8. Modo Iudex in estimando, sicuti communiter in iuris regulari mutuo, rei qualitatem & bonitatem accurate investiget & cognoscat, ne alter inique laddatur. Notetur hic etiam, quod pecuniae mutuatae usus olim ante Justinianum etiam fuerit incertus, vid. Gorbofr. ad l. 26. C. de Usur. & cum primis in b.f. judiciis. §. 28. I. de Action. si scil. mora facta, occasione consuetudinis in regione obtinentis a Judice taxatus l. 37. ff. de Usur. l. 4. §. 2. ff. de sidejuss. & nomin. conf. Borcholt. ad tit. ff. de Usur. c. 4. n. 15. Quod tamen hodie secus est; Legibus enim Imperii determinata sunt. vid. Dn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 10. §. 21. Lauterb. tit. de usur. lit. O. p. m. 418. neque arbitrio judicis subsunt, nisi ob bellum exortum usurae cumulatae. Quod patet ex Recess. Imp. novissimo de Anno 1654. §. anno: chende die fünftige Zins. 174. in fin. ibi: Und wie es in causis piis & privilegiatis zu halten/ soll ad judicis arbitrium verwie- sen seyn. Per quem textum usurae ex mutuo, ut & pensiones ex annuis reditibus tempore belli superioris Germanici conservata judicialiter taxata fuerunt.

§. 15. In deposito depositarius obligatur rem, quam gratis, h. e. absque determinatione honorarii. Brunnem. in Parat. Wef. tit. depos. quest. 2. haec tenus custodivit, in specie restituere cum omni accessione. §. 3. I. Q. m. re contr. obt. nihil enim commodi remanere debet penes eundem. l. 1. §. 24. ff. deposit. cuius cognitione merito & recte judici relinquitur. Sed quid si res deposita fuerit consumta, vel alias dolo vel lata culpa depositarii perierit, l. 23. ff. R. I. l. 5. §. 2. ff. commod. Dn. Struv. Ex. 19. tb. 25. & 43. Schneider ad tit. I. Obl. que ex del. nasc. §. sed is. n. 1. forte quia ex postfacto rogante depositario Brunn. d. t. qu. 3. sicque per pactum adjectum licuit illa pro

Lubitu uti. l. 24. & 25. ff. d. t. Dn. Struv. Ex. 21. tb. 36. vel etiam  
 si haerēs depositarii ignarus depositum distraxerit. Stranch.  
 Ex. 13. tb. 15. tunc justa aestimatio loco rei succedit. l. 1. §. ult.  
 ff. depos. l. 91. pr. ff. de V. Obl. scil. si eadem species ejusdem bo-  
 nitatis haberi nequeat, vid. hac de re Carpz. l. 5. Resp. 47. n.  
 14. vel si reperiatur ita longe, ut absque debitoris magno  
 dispendio & damno inde portari non possit. Idem enim est,  
 haberi non posse, & haberi pro immoderato & excessivo  
 pretio. arg. l. 14. in fin. ff. de leg. 3. ibi: quod Dominus non  
 vendat. quæ etiam Jcti sententia est in l. 42. ff. de fidejuss.  
 nempe quod pro re justum solvatur pretium, si illa in specie  
 haberi non possit. Gothofr. ibid. & Francisc. Munoz. de Esca-  
 bar. de Rattoc. Administr. c. 17. n. 4. & 5. Si vero depositarius  
 nolit restituere rem depositam, deponens, prævio juramen-  
 to in item (etiam affectionis,) si alter sit contumax. l. 1. §. 26.  
 ff. b. t. aestimationem petere potest. Brunn. ad tit. depos. qu.  
 27. n. 2. quam tamen ratam habeat Judex. Nam tum demum  
 res fit depositarii, si ejus aestimatio judicialiter fuerit soluta.  
 l. 30. ff. depos. Porro si negetur rem depositam esse, præci-  
 pue in casibus §. 17. & 26. I. de Action. & aliis hujus generis,  
 & duplum petatur, illud per judicem decerni debet. conf.  
 Disp. de Deposito miserabilis sub Magnif. Dn. Preside 1680. Jen.  
 habita, ubi de hac re plura. Quin etiam, si res non, uti tra-  
 dita in specie, sed valde deterior reddatur, per judicem aesti-  
 mari, sicque deponenti satisfieri debet; cum idem sit, si res  
 deterior reddatur, atque plane non reddatur l. 1. §. 16. ff. dict.  
 tit.

§. 16. Hæc vero, quæ in præced. §. dicta sunt, non mi-  
 nus in commodato locum sibi vindicant. Quemadmodum  
 enim in hoc contractu certa species gratuito & ad certum  
 usum alii conceditur. Dn. Struv. in Jrpr. l. 3. t. 5. §. 1. ita re-  
 quiritur, ut illa finito usu præcise restituatur. §. 2. I. q. m. re  
 contr.

*contr. obl. l. 2. pr. ff. de reb. cred.* & quidem salva & integra. *d.*  
*§. 2.* alias enim si aliquatenus deteriorata, debitum interessē  
*præstandum.* *l. 3. §. 2. commod.* vei si plane inutilis, vel in to-  
*tum perierit,* ejus estimatio per judicem debetur. *l. 3. §. 2. l.*  
*17. §. fin. ff. commod.* *Lauterbach. d. t. p. m. 222.* Res enim talis  
*reddi non videtur.* *l. 3. §. 2. d. t. Carpz. p. 2. c. 26. d. 6. in fin.*  
*Unde nec commodanti ita obrudi potest.* *Mev. ad J. Lub.*  
*l. 3. t. 2. a. 1. n. 16.* quia nemini invito dominium rei suæ hoc  
*modo debet interverti.* *add. Job. Fried. Baltazar in præt. re-*  
*solut. iit. de Commod.* Igitur ad refusionem pretii veri, uti  
*communiter fieri solet,* si res aliqua præstanda per mortem  
*vel consumtionem extare desit, recurrentum est.* *l. 15. §. 1.*  
*ff. de rei vind.* *l. 22. ff. de petit. hered.* *l. 2. §. 3. vers. sed & si. ff.*  
*de hered. vel act. vend.* *l. 70. §. ult. ff. de leg. 2. Mysing. decad. 3.*  
*Resp. 21. n. 84.* & quidem aliquando per juramentum in li-  
*tem, etiam affectionis,* si scil. dolus accesserit. Secus igi-  
*tur, si ejus culpa (etiam levissima, quia regulariter solius*  
*commodatarii causa hic contrahitur.* *Thomas. ad Straub.*  
*Ex. 19. tb. 12.)* vel mora interierit. *Lauterb. d. l. vers. tenetur.*  
*ibi enim solum tanti debet condemnari, quanti actori reve-*  
*ra interest.* *vid. Schab. in Coll. præt. d. t.* qui elegantem a-  
*ctionis hujus formulam exhibet. Ex quo apparet, quod*  
*commodatarius tunc demum rei deteriorata vel penitus a-*  
*missæ premium justum (billigen Werth) restituere teneatur.*  
*add. Dn. Struv. Ex. 19. tb. 8.* Estimatio autem à judice sit re-  
*lata ad tempus rei judicata.* *Dn. Struv. d. l. add. de Expensis*  
*Id. tb. 20.*

*§. 17.* Communiter quidem fieri solet, ut in securi-  
*tatem crediti res aliqua loco pignoris detur, quo eadem so-*  
*luto hoc vinculo aliquando in specie restituatur. §. fin. I. q.*  
*m. re contrab. obl. l. 1. §. 6. ff. de O. & A.* Solent tamen huic  
*contractui aliquando pacta adjici.* *Dn. Struv. Ex. 26. tb. 7.*

quorum primum est, ut loco usurarum Creditor libertatem habeat pignore utendi fruendi, quod in specie dicitur Antichreticum, seu reciprocus usus. *I. u. §. 1. ff. de pignor.* Alterum Commissorium, ubi convenienter inter se partes, pignus, debito sua die non soluto, pleno jure ad Creditorem transferri debere. *Lauterbach. p. m. 231. lit. D.* Quod sane utrumque Jure Canon. penitus rejicitur. Nam hoc simul cum Jure diuino. *Exod. 22. Deuteronom. 23. Proverb. 28. Ezech. 18. & 22. Ps. 14. & 71. Matth. 10.* omnes usuras improbat. *vid. cap. consuluit. 10. de usur. cap. super. & c. quia in omnibus. eod. t. add. Dessel. in Erotem. J. Can. l. 3. t. 21. qu. 6.* exceptis compensatoriis, quippe qua ob indemnitudinem exigibiles, non sunt lucrum, sed potius interesse. Hinc & pactum Antichreticum, tanquam usurarium simpliciter in ipso damnatur. *Id. l. c. qu. 5.* Commissorium vero in pignoribus (secus in Emt. vendit, ubi res sit in emta. *Dn. Struv. Ex. 23. tb. 35. Straub. Ex. 15. tb. 12.*) non tantum illo ipso Jure Can. improbat. *Dessel. cit. l. 3. t. 21. qu. fin. Dn. Ungebauer ad Decretal. l. 3. t. 21. n. 20.* cum turpe sit ex dilatione solutionis tam injustum lucrum captare in fraudem usurarum, in quantum scil. communiter creditor ob futurum tempus respicere solet, ut pignus pluris sit, quam debitum, pro quo obligatur. *Klock. Vol. 2. c. 43. n. 37. & seqq.*; sed & per *Recess. Imp. de Ann. 1677. tit. 20. §. Und die weil man ic.* omnique alio jure quam levissime interdicitur. *vid. Goff. in l. si fundus. §. fin. ff. de pignor. Lauterb. ad tit. de pignor. act. lit. n. p. m. 231.* adeo ut nec hodie propter usurariam pravitatem vel statuto vel consuetudine introduci possit. *Mudeus de pignor. act. n. 10. Mespert. de lege Commiss. qu. 13. n. 4. & alię, quos citavit Lauterb. p. 232.* *vid. etiam in obitu. 1677. tit. 20. §. 18.* Verum neutrum nostris moribus absolute ita abrogatum, quin potius certo respectu, & prout Judex arbitratus

tratus fuerit, usui receptum esse, ex sequentibus dilucide apparet. vid. Berlich. p. 2. Aur. decis. 170. Etenim Antichre-  
ticum quod attinet, Judex fructus pecunia aestimabiles con-  
siderat, an certi sint, nec ne. Si enim vel eventu vel pretio  
incerti essent, pactum hoc ominino valebit, etiam si legitimum  
usurarum modum aliquando excedant. I. si is, qui  
bona. II. §. 1. ff. de pignor. I. si pecuniam. 33. ff. de pignor. act.  
ibique Gotbofr. I. si ea pactione. C. de usur. Mynsing. Cent. 2.  
Obs. 71. Gail. 2. Obs. 3. n. 1. Ludw. Ex. II. tb. fin. lit. c. Carpz. p.  
2. c. 30. d. 40. Strauch. Ex. 13. tb. fin. Si vero certi, & usur-  
rum quantitatæ æquales, pactum hoc neque tunc impro-  
bandum, cum neutri præjudicet. Bronchorst. cent. 1. assert.  
96. Mynsing. 6. Obs. 71. Borbold. de usur. c. ult. n. 23. Carpz. de  
Aysl. debitor. Si vero Judex in aestimando videat, fructus su-  
perare usuras, siveque creditorem plus æquo accipere, pactum  
eatenuis admittet, in quantum modus usurarum legitimus  
non exceditur. Hinc intuitu justitiae & æquitatis, id, quod  
superest debitori adjudicare, & sorti imputare debet, Dn.  
Brunnem. cent. 2. decis. 32. n. 2. Mev. tract. lev. inop. cap. 4.  
set. II. n. 20. Lauterb. disquisit. de Jur. Antichret. tb. 48.

§. 19. Sic in pacto Commissorio Judex juxta arbitri-  
trium suum pignus aestimare debet, ut elucescat, an plus sit  
in pignore, an minus. Etenim debitor non aliter pignus,  
quam pro illa ipsa quantitate, quam debet, in solutum dare  
voluisse, censendus est. Dn. Struv. Ex. 26. tb. 8. n. 1. cum  
nemo plus debito solvere præsumatur, nisi sit fatuus. I. 25.  
pr. ff. de probat. ibique Gotbofr. I. ult. C. de Arbitr. tut. add.  
Barbos. in Thes. voc. solvere. axiom. 5. Si igitur Judex depre-  
hendat, pignus æquipollere debito, Creditor sine dubio re-  
tinere potest. I. 3. §. 4. C. de jur. dom. impetr. (facta tamen  
de Jure Sax. judiciali adjudicatione. Carpz. p. 2. c. 31. d. 13. n.  
4. & p. 3. c. 16. d. 10. n. 8.) præcipue cum ipse debitor, quippe

rerum

rerum suarum optime gnarus, pro tanta summa debita pignus recipere detrectet, uti ex Bartol. refert. Arnold. de Reyber in Thesaur. voc. Pignus. n. 23.

§. 20. Item quando pactum ita initum, ut, si pecunia die statuto non fuerit soluta, pignus venditum sit justo pretio. l. 16. §. ult. ff. de pign. conf. Straub. Ex. 15. tb. 12. ibid. Thomas. in not. Sive boni viri arbitrio determinando l. eleganter. 24. pr. ff. de pignor. act. Carpz. p. 3. decif. 274. n. 12. Philipp. l. 2. I. Eclog. 41. n. 11. Sive etiam per subhastationem expiscando. Mev. Dis. lev. inop. debit. p. 290. add. Schultz. in Synops. ad §. 1. I. quib. al. lic. vel non l. c. quippe quæ alias & debitori & creditori maximè judicatur utilis. Carpz. l. 5. Resp. 72. n. 11. & 13. inde que ipse modum atque ordinem eleganter monstrat in Proc. t. 25. art. 5. n. 18. a. 4. n. 127. Quo casu si alius quispiam plus, quam est in debito offerat, creditori pignus non est adjudicandum, quia ipsi nullum jus est, pignus pro lubitu retinendi. Mev. p. 1. decif. 21. nisi pro justo pretio; ubi etiam id, quod superest, debitori restituitur. l. 24. §. 2. l. 42. ff. de pignor. act. vid. Magnis. Dn. Preses in Jurispr. Elem. Disp. 22. tb. fin. lit. Z. Sicut è contrario, si minus in pignore, quam in debito, fuerit, creditor superfluum recte petit. vid. l. 3. §. 4. C. de Jur. dom. impetr. Fransk. l. 1. var. resol. 7. Brunn. adl. 8. C. si cert. pet. p. 243. Natura enim hujus conventio- nis exigit, ut servetur æqualitas, ita ut ex inæqualitate minus habendi jus oriatur contra eum, qui plus consecutus est, sicut ex fine contractuum hoc demonstrat Dn. Pufendorff. de I. N. & Gent. l. 5. c. 3.

§. 21. Ex quo colligere est, quod etiam in non con- venta pignoris alienatione itidem procedi debeat. Creditor enim quemadmodum, facta prius legitima denuncia- tione l. 10. C. de pignor. l. 4. C. de distract. pign. add. Philipp. adl. 2. I. Ecl. 41. n. 5. & seqq. pignus, tanquam nomine de- bito-

bitoris §. 4. l. de Rer. Divisi. liceite vendere potest, l. 4. ff. de pignor. act. ita hanc alienationem non nisi per judicem fieri videat. Nam absque hujus Autoritate & interveniente aestimatione hodie vix tuto pignus distrahitur, uti cum pluribus alleg. Dd. docet Magnif. Dn. Struvii Jrpr. l. 2. t. 25. §. 24. Sed quomodo hi impenias moderabit judex? Resp. Ita corrigenda est liquidatio, ut creditor id tantummodo à debitorre recipiat, quod aut necessitatis, aut saltem utilitatis gratia in pignus impendisse probaverit. l. 8. pr. l. 25. ff. de pignor. act. habito tamen respectu ad personam debitoris, an hic probabiliter tantum impendisset. Magnif. Dn. Stryck. in Coll. mss. priv. ad Dn. Struvii Jrpr. l. 3. t. 7. §. ult. add. ejusd. Tract. de Cautel. Contract. scđt. 2. c. 4. §. fin. ubi utrumque contrahentem quoad hoc punctum fideliter instruit.

§. 22. In Contractibus Consensualibus, seu, qui principaliter consensu absolvuntur, arbitrium Judicis sèpissime quoque intervenire, ex sequentibus patet. Licet enim si contractus utrinque perfectus, omnis facultas pœnitendi vel recedendi exclusa, sicut arbitrio judicis non opus esse videatur, cum ab initio partibus liberum sit, ex beneplacito invicem contrahere, Carpz. p. 2. o. 33. d. 16. n. 2. & deinceps quilibet sua culpa damnum sentiat l. 155. l. 203. ff. de R. I. c. quod semel. R. I. in 6. tamen non raro ob laſionem, quæ quoad pretium convenientum deprehenditur, partes judicem adire solere, immo etiam jure posse indubitatum est, etiamsi actis publicis insinuata (Verſicht geleistet) & ad petitionem in iudicio simpliciter confirmata fuerit venditio. Decius Conf. 210. Menoch. l. 2. Controv. c. 20. Anton. Gomez. 2. Var. resolut. c. 2. add. Lauterb. ad tit. de Rec. Empl. Vend. p. m. 345. Secus si publice & sub hasta facta venditio. Dan. Moller. I. semestri. 12. Lauterb. d. 1. Scilicet si illa Laſio sit maxime enormis, & ultra dimidium; non exigua & negotiativa. Modicum enim

prator non curat. *l. scio. 4. ff. de dol. mal. l. 1. §. ult. ff. de Ventr.*  
*inspic. l. 36. §. ult. ff. ad L. Falcid.* Et quamvis suadente æquitate & jure Conscientia ab omni læsione abstinentum sit,  
juxt. §. 3. *I. de J. & J. l. 206. de R. I.* in Legibus tamen prohibitum non est, contrahentes se se mutuo naturaliter circumscribere. *l. 16. §. 4. ff. de Minor.* & *l. 22. §. ult. ff. locat. conduct.*  
*h. c. quatenus fieri potest secundum naturam Emitionis Venditionis,* ubi Emitor intendit vilius emere & vendorit carius vendere, donec tandem uterque in certam summam consentiunt, juxt. *Paulum in d. l. 22. ibique Gotbof. l. 8. C. de Ref. Vend. Straub. Ex. 15. th. 8. add. Dissert. Job. Georg. Kulpis ad locum Grotii de J. B. & P. l. 2. c. 12. §. 26.* de Circumventione in Contractibus licita. Neque enim ob ullam læsionem facultas agendi data est, nisi vel partes sibi invicem pacto prospexerint ab initio. *Magn. Dn. Stryk. in Caut. Contr. sect. 2a c. 8. §. 27.* vel læsio excedat dimidium. Rationem vid. ap. *Grot. d. l. 2. c. 12. n. 2. add. Franzk. l. 3. Ref. l. 2. n. 5.* ex quibus responderi potest *Molino in Tr. de usur. qu. 14. n. 172.* hanc juris dispositionem iniquam & valde duram putanti.

§. 23. Si igitur alteruter contrahentium ultra dimidium læsum se putaverit *Levit. 25. vers. 14. Struv. Ex. 23. th. 85.* aut contractus volente emtore rescindi, aut eo nolente, id quod deest justo pretio suppleri debet ex *Constit. Imp. Dioclet.* & *Maximil. in l. 2. C. de Rescind. Vend. add. cap. dilecti. 3. & pen. X. de Em. vend. conf. Franzk. l. 3. Ref. 2. n. 4. Lauterb. ad tit. de R. E. V. lit. O. p. m. 347.* & quidem interveniente judicis autoritate, *d. l. 2. admodum famosa. add. l. 137. ff. de Verb. Obl. Schneider. ad §. 1. I. de Em. Vend. n. 5. Menoch. Vol. 1. Concl. 447. n. 12.* per processum Ordinarium *Franzk. l. 3. Ref. 4. n. 6. Dn. Carpz. p. 3. c. 34. d. 5.* Nam Iudez hoc negotium plenissime tractare, & pretium cum re vendita, hanc iterum cum pretio conferre debet. *Franzk. d. l. 3. n. 13.* ut appareat, quan-

quantum læsorevera sit restituendum. Idcirco in aestimando considerandum venit, an læsio oriatur ex ipsare, an falsoem occasione istius *Id. d. l. n. 22.* Illo enim calu sicuti læsus tantummodo auditur, ita, si res est immobilis, ex fructibus seu redditibus earum aestimatio instituenda est, *juxt. l. 16. C. de Resc. Vend. ibique Gloff. l. 92. ff. de leg. 1. ibique Jason. n. 3. Barbof. l. 1. c. 41. ax. 3.* exceptis adificiis illustribus. *l. fin. §. 4. C. de bon. que liber.* Nec minus etiam tempus observari debet, ex quo illa læsio computanda, quod est tempus contractus *juxt. l. si. voluntatem. 8. C. de Resc. Vend. Franzk. d. l. n. 26. & seqq.* *Dn. Strub. in Jrpr. l. 3. t. 11. §. 40. n. 4.* non enim ex præterito, seu quanti anteac fuerat, sed ex præsenti contractus tempore venit aestimanda. *Mascard. Vol. 2. Concl. 650. n. 6.* quod tamen punctualiter & præcise non, sed cum quadam latitudine, quam prudens Judex itidem determinat, intelligendum est. *Dn. Franzk. d. l. n. 44.* Extra hanc autem omnes meliorationes & damna contingentia in læsionis computationem venire minime solent. *Id. n. 32.* Sed, uti dictum, tantummodo ratio habetur illius spatii, quod ipse Judex pro læso pronuntiat. Sic demum consideratis hisce (interdum etiam à testibus & peritis rerum aestimatoribus adhibitis. *Dn. Strub. Ex. 23. tb. 86. Franzk. l. 3. Resol. 2. p. 317. Job. Fried. Baltazar. Dar. refol. 1. p. 663.) illius rei tam mobilis, quam immobilis qualitatibus & circumstantiis. *Franzk. d. l. 3. Resol. 4. n. 9.* verum & justum (non affectionis, sed veritatis. *Barbof. l. 1. c. 41. ax. 7.*) pretium. *l. 31. ff. de hered. pet. l. 5. pr. ff. de in rem vers. l. 12. C. de erogat. milit. ann. Giphian. ad. l. 2. C. de R. V.* quod tempore contractus latuit, per judicis estimationem reducitur, & læsio enormis corrigitur. *Franzk. Resol. 3. n. 50. & seqq. vid. Supr. Cap. 3. §. 8. ibique cit. art. 19.* *Dcs Salsz-dalumbischen Land-Tags-Abschiedes/ ubi peculiari, & in foro approbatus per arbitros aestimandi modus ostenditur.**

§ 24. Præterea etiam in hoc casu æstimatio judicis locum obtinet, si res, quæ pondere vel mensura constant, seu, quæ non aliter, quam per ponderationem numerationem in commercio esse possint. *Dn. Struv. in Jrpr. l.3. t.4. §.5. Ludv. Ex. II. th. 5. lit. a.* ex conventione partium modificative, seu ad certam quantitatem venduntur. Si enim postea in illa quantitate, à venditore antea expressa aliquid deficit, illud necessario aut supplendum est, aut tantum de pretio detrahitur, quantum respondet ei, quod decet. *l. 40. §. 2. ff. de contr. emt. vend. vid. Carpz. p. 2. c. 33. d. u. & l. 5. Relp. 25.* quod sane vix commodius expediti potest, quam mediante judicis æstimatione. *vid. Brunn. ad Parat. Wef. tit. de perit. & comm. rei vend. qu. II.* In pacto retrovenditionis quidem regulariter eadem summa, qua ab initio soluta, venit restituenda *l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. Carpz. p. 2. c. 1. def. 9. & 22. Coler. Consil. 25. n. 43. Add. Struv.* præcipue ratione impensarum *in Jrpr. l.3. t. n. §. 37.* Non infrequenter tamen pacto inter se contrahentes convenient, ut aliquando illud pretium restituatur, quo res tunc temporis iuste venire potest. *Dn. Struv. d. I. §. 18. Wefenb. Conf. 8. n. 25. & seqq. Surdus Conf. 205. n. 8. v. 2.* Quod etiam maxime consultum videtur pro utroque paciente, tam ratione deteriorationum, quam meliorationum, si æstimatione rei ad tempus retrovenditionis juxta boni Viri h. e. Judicis arbitratrum restrinatur. *Magn. Dn. Stryk. in Colleg. priv. mss. ad Illuſtr. Dn. Struv. Jrpr. l.3. t. n. §. 18.*

§. 25. In Locatione Conductione notum est, quod semper certa mercede. *pr. I. de locat. cond. l. 28. §. 2. l. 51. §. 1. l. 85. pr. ff. cod. & l. fin. §. fin. de L. Rhod.* usus rei vel opera personæ æstimetur. *l. 5. §. 2. ff. Prescr. verb. l. 1. §. 9. deposit. l. 25. §. 6. ff. loc. cond. l. 26. §. 1. ff. defurt.* Quæ quidem sive in pecunia numerata, sive etiam in certa fructuum quantitate annua

nua consistat. *Dn. Struv. Irpr. l.3.t.12. §.4. in fin.* non æque respondere debet usui, *Lauterb. b.t. p.m. 374.* Sicut nec in Emitione Vend. pretium semper rei conveniens solvitur, sed saep, quod minoris est, pluris emitur, & viceversa *vid. præc. S. & l.22. §. ff. b.t. add. Grot. l.2. c.12. §.18.* Aliquando tamen, scil. si vel dolus intervenerit, *l.23. ff. b.t.* vel etiam pensio conventa in tantum superet consuetam, ut dum excedatur, *arg. l.2. C. de R. V. Lauterb. p.m. 343. lit. S.* justa ad arbitrium boni viri constituenda est, & quidem tam in locatione operarum, quamvis alioquin in & per se industria pure personalis à tertio censeri nequeat. *conf. Lugo. de J. & J. 29. scđ. 3. n.62.* quam rerum; Hic enim Judex inquirere debet, quantum mercedis communiter in ejusmodi re locata percipi soleat. *arg. l. excepto. 18. C. loc. cond. Franzk. l.3. Ref. 3. n.58.*

*§. 26.* Sic etiam juxta *Dn. Struv. in Irpr. l.3.t.12. §.11.* pensio ob casum inopinato obvenientem secundum judicis estimationem remittitur *Carpz. p. 2. c. 37. d. 10. n. 2.* Insqvum enim esset, mercedem, qua nonnisi propter rei usum datur, totam solvere, cum tamen replete non potuerit uti conductor; quam questionem eleganter & prolix tractat *Pantschmann. in Tr. de locat. cond. qu. 2. f. 15. add. Arnold. de Reyber. in Thes. voc. Canon. n. 8.* ubi VII. limit. monstrat. Interim huic facit Exemplum: Si inquilinus propter justum pestis vel belli timorem, cui se nemo expondere tenetur, aufugere, atque rem conductam per aliquot menses, (pauci enim dies non attenduntur. *Gail. 2. 0. 23. n. 7.*) relinquere coactus fuit *l. 27. in fin. ff. loc. cond. Pantschmann. i. qu. 13. n. 24.* vel si quis donum, quam ad certum usum in Academia v. g. ut Studiosos vel hospites reciperet, principaliter conduxit, nec tamen eadem commode ac plene uti potuit: forte quia ob idem belli vel pestis

periculum Studiosi inde recelsere, nec alii hospites advenire. Et quidem nihilominus pensio ita remitti debet, licet interim ipse conductor perpetuo inhabitaverit. arg. l. 15. §. 2. & l. 25. §. 6. b. t. vid. Lauterb. in Comp. I. b. t. p. m. 378. Hic enim non tam de lucro captendo, quam de damno evitando certatur, quod tempore conductionis inita non timebatur. Eadem ratio est, si lumina aedium vicino adficiante obscurantur, aut ostia sive fenestra nimirum corruptae non resciuntur. l. 25. §. 2. ff. locat. vel spectra jam securitatem turbant. Christin. vol. 3. d. 21. n. 2. & 3. adeo ut quilibet jam ab inhabitatione deterreatur. l. 27. §. 1. ff. loc. cond. ibique Gotbofr. Quid vero si jam antea spectra tumultuaverint, & alii homines in ea hactenus manserint? Resp. Nihilominus, si conductor deserat aedes, merces mediante judicis aestimatione moderanda est; modo ille tempore conductionis nesciverit tumultus, vel posito hoc, ipsum periculum jam majus factum sit. Lauterb. d. t. p. m. 377. Non enim obest, quod alias nimium, alias plane non caret spectra, sed sufficit, si conductor naturalem hominum timiditatem rite pretendat. Magn. Dn. Stryk. Praeceptor quondam fidelissimus, ideoque jam nunc summe venerandus in Colleg. priv. mss. ad Dn. Brunn. Parat. Wef. b. t. q. 27.

§. 27. In conductione Prædit sicuti pensio immoda-  
ca itidem juxt. l. 2. C. de Resc. Vend. ad arbitrium boni &  
religiosi Viri reducitur; scilicet qui probationes laesi accu-  
rate cognoscat, & deficiente consuetudine, quantum regula-  
riter pro istiusmodi fundo alii solvunt, rationem habeat  
fructuum, ad aliquot usque ad 20. Annos præteritos co-  
cervatorum, indeque decernat, an revera ultra dimidium  
ad sit laesio. Fachin. l. 2. Contr. 21. lit. a. Dn. Brunn. in Parat.  
b. t. qu. 16. add. Carpz. p. 2. c. 34. d. 10. ita quoque ob certas  
causas merces alias legitima fæpissime minuitur à judice, ni-  
mi-

mirum si quis ob incursionses hostium sciente Domino emigrare, fundosque incultos relinquere adactus fuerit. *I. 13. §. 7. & l. 33. ff. locat. cond.* vel etiam si hostes semina aut fructus in agris corruperint, vel jumenta abegerint, de quo vid. *Dn. Carpz. p. 2. c. 37. d. 14.* ubi : Wie weit wegen durch Kriegs-Gewalt erlittenen Schadens remission und Nachlaß des Pacht-Geldes zu thun/wird auf ehrlicher/ und des Werks-verständiger Leute erkāntnūß billich gestellet/ *V. R. W.* Vel ob alium casum, quem colonus providere non potuit. *Dn. Struv. in Irpr. l. 3. t. 3. §. 18.* v.g. per inundationem fluminum, vel magnam sterilitatem, (*Mishwachs*) Quo casu quidem, si in plures annos locatio facta, nonnulli requirunt communiter, ut laesio ultra dimidium adsit, alias frustra intendetur remissio. Nimurum ut deductis prius impenis, omnium annorum fructus, eorumque pensiones computentur, &, si fructus percepti non adæquent dimidiā pensionum partem, tunc demum remissio mercedis peti queat. vid. *Carpz. p. 2. c. 37. d. 11. n. 1.* *Dn. Brunn. cent. 3. dec. 57. n. 1.* *& 2.* Alii vero ab hac sententia, utpote valde durarecedunt. vid. *Magn. Dn. Struv. Ex. 24. tb. 16.* qui sufficere dicit ad remissionem mercedis imperrandam, si conductor plus, quam tolerabile juxta arbitrium judicis laesus sit. *l. 25. §. 6. ff. locat. c. 3. X. eod.* ex eo, quod praedium absque sua culpa non, uti ab initio speraverat, uti potuerit. *l. 15. §. 2. & 4. l. 25. §. 1. l. 8. C. locat. cond. cap. propter sterilitatem. cit. 3. X. eod.* Quæ posterior opinio, tanquam æquitati magis conveniens nobis quoque arridet. Quilibet enim contractus hanc tacitam habet clausulam : REBUS SIC STANTIBUS, seu : in suo statu manentibus. *l. 38. ff. de solut. Gail. l. 2. O. 23. n. 9.* neque etiam damna rei extrinsecus vid. *l. 25. §. vis major. 6. & l. 24. §. 4. ff. de damn. infect. l. 15. §. 1. ff. locat.* (non intrinsecus ; sibi enim imputet conductor, quod in qualitatem fundi non melius

lius inquisiverit, vel eundem diligentius coluerit, wenn denen  
Aeckern die rechte Art nicht gegeben worden. *I. n. S. 5. ff. de  
Aqua. & aqu. pluv. arg. l. 25. §. 3. ff. locat. Barbos. in Tbes. voc.  
Casus fortuitus. axiom. 3.)* contingentia, quale est sterilitas,  
ferre tenetur conductor. *Lauterb. in Comp. J. b. t. p. m. 384.  
lit. p.* Quare pro rata fructuum perceptorum Iudex mer-  
cedem ex bono & aequo minuere debet, secundum ea, quæ  
eleganter notat *Magn. Dn. Struv. d. l.* Interim huic dilec-  
ptioni salubre remedium querere voluit. *Magn. Dn. Stryk.  
in Cautel. sect. 2. c. 9. §. 24.* ubi consultissimum putat, in ipso  
locationis instrumento circa sterilitatem certum quid deter-  
minare, & quidem in singulos annos mercede constituta, de  
eiususvis anni sterilitate speciatim pacisci. *Id. §. 25. c. t.* ita  
ut unius anni sterilitas non compensetur cum libertate se-  
quentis, & viceversa, quod alias juris esse putat, *Dn. Carpzov.  
p. 2. c. 27. d. 13.*

*§. 28.* Pertinet etiam hoc Contractus Ammodiatio-  
nis, quo redditus provinciæ attimantur, & conductori percipi-  
endi conceduntur certo pretio seu mercede constituta.  
*Dn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 12. §. 6.* In hoc enim itidem observa-  
re licet, quod pensio vel statim ab initio immodica promissa,  
vel ex postfacto ob casus tota non exhibilis à judice pro arbitrio  
decernatur. *vid. Franzk. l. 3. Resol. 3. n. 65.* Nimirū hic ad re-  
ditus communiter attēdi solet, quatenus hi vel certi & immu-  
tabiles, gewisse und unfehlbare Gefälle / qui nec crescunt nec  
decrescunt ; Horum enim pretium quoniam lege consti-  
tutum reperitur, scil. Jure Noviss. 5. flor. pro 100. *vid. Auth.  
perpetuo. C. de SS. Eccles. verb. perpetuo. Jason. ad l. si fundum  
per fideicommissum. ff. de legat. l. n. 5. add. Ordin. Imp. in Co-  
mit. Spir. Ao. 1621. Wormat. 1630. August. 1648. add. Dn. Struv.  
Jrpr. l. 3. t. 20. §. ult.* hinc etiam hujusmodi attimationibus  
moras vix neglectunt ; vel quatenus incerti sunt, & casuales,

Unbe-

Unbeständiges Einkommen: quales sunt multæ, decimæ &c. quorum proventus vel uberior vel malignior, major aut minor ex tempestate pendet. Et hi præcipue aestimationem quamlibet reddunt difficilem. Quare Judex ad aliquot, plerumque tres sex, aut novem annos habeat respectum, daß man aus solchen Jahrgängen von drey zu dreyen eis-en Anschlag so wohl unter den besezt: (ut sunt die beständigen Gefälle) als unbesetzten Gefällen machen könne. Praterea etiam fructuum ex hac ipsa provincia percipiendorum præsumtiva collatio instituenda est. Hæc enim ob magnam eorum varietatem non est negligenda. Videndum autem quinam sint naturales, ope terræ solum provenientes. l. 45. ff. de usur. & fruct. & quinam industriales, h. e. arte & labore exinde parandi. Cap. Klok. de Aerario. l. i. c. 2. n. 21. & seqq. Neque solum utilitatis, sed & onerum debet haberi ratio, scilicet quantum erogetur ordinarie, h. e. ratione vectigalium, quæ sine interruptione fundis inhärent; & quantum extra ordinem probabiliter expendatur, sc. publica utilitate vel consuetudine sic exigente. Nonnunquam enim provinciis imponi solet Hulff-Geld / Anjage / Soldaten-Geld / Fräulein-Steuere / de quibus Braut lach. in Epit. Jrpr. Publ. l. 6. c. 2. per tot. Interim ob sterilitatem supervenientem non aliter, atque in ipsa Locatione proceditur. Gail. l. 2. O. 23. n. 10. cum alias parum inter se differant hi Contractus. vid. Dr. Stryk. in Cautel. sect. 2. c. 9. §. 32. §. 29. In Societate tam universali, quam particula- ri aestimationem judicis necessariam esse facile deprehendi- mus. vid. Menoch. de A. I. Q. l. 2. c. 123. n. 1. & 3. enimvero illa omnium bonorum scil. præsentium & futurorum, quo- cunque titulo & modo honesto quæsitorum. Lauterb. p. m. 29. finita, quoniam divisio simpliciter, h. e. pro numero personarum fieri juris est, non attento eo, an alter plus ab i-

initio attulerit, vel hactenus lucratus, alter minus l. 5. §. 1. ff.  
 pro suo. Joseph. Ludov. Concl. 53. vers. in qua Societate. Felic.  
 de Societ. c. 15. n. 1. seqq. quaelibet res jam existentes indistin-  
 tete, juste tamen taxari solent, ut unus sociorum tantum ac-  
 cipiat, quantum alter; cum omne, quod nunc possidetur  
 commune sit. l. 1. & 2. ff. pro soc. nisi aliud convenerit.  
 l. 23. ff. de R. I. In societate autem particulari, ubi conven-  
 tum d'ere aut opera conferenda, ut lucrum & damnum in-  
 ter conferentes sit commune. Dn. Struv. in Frpr. l. 3. t. 14.  
 §. 1. Dn. Brunnem. in Parat. Wef. tit. pro soc. qu. 3. tam in i-  
 psa bonorum collatione, quam eorundem divisione Arbitri-  
 um Magistratus s'epissime intervenit. Accidit enim  
 non raro, ut nulla simul accedente pecunia, quæ omnes res  
 æstimat l. 1. ff. de C. E. V. alia res, e. g. frumentum, vinum  
 &c. conferantur; Ubi ob futuram lucri & damni divisio-  
 nem illas æstimari oportet, ut appareat, an eadem utriusque  
 bonitas & qualitas adsit. Eqvum enim est, ut, qui rem ma-  
 joris pretii contulit, majorem quoque lucri partem imposte-  
 rum sperare habeat. Felic. de Societ. c. 9. n. 25. & c. 15. n. 40.  
 & 41. Soluta societate particulari communiter respicien-  
 dum est, quid inter contrahentes actum sit. l. 23. ff. de R. I.  
 Aut enim partes lucri & damni expressæ, & illæ servandæ sunt.  
 §. 1. & 3. l. b. t. l. 29. ff. cod. l. 1. pr. ff. de patz. Modo unus non  
 penitus à lucro sit exclusus, & tamen ad damni reparationem  
 vel in totum, vel pro parte obligetur l. 29. §. 2. ff. b. t. add.  
 Accursi. ibid. Hoc enim esset pactum prohibitum l. 7. §. 7.  
 ff. de patz. & Leonina Societas Magnif. Dn. Preses ad I. Disp.  
 40. tb. 35. lit. (r) Brunn. d. t. qu. 13. nomen suum sortita ex  
 Apologo. Alopis de Afino & vulpe. Erasm. in Adag. chil.  
 l. c. 7. prop. 39. aut non expressæ, sed societas ea conditione  
 est contracta, ut partes lucri & damni postea judicis arbitrio  
 æquales constituantur. Lauterbach. b. t. p. m. 293. Dn. Struv.  
 Ex.

*Ex. 22. tb. 35.* Et tunc Judex omnibus circumstantis & qualitatibus diligenter perpenfis & examinatis divisionem ita instituere debet, prout æqualitatis normæ quam maxime convenire videtur. *l. 3. in fin. l. 78. 79. §. ult. ff. l. 3. C. pro socio.* Hanc enim Natura societatis jure quodam fraternitatis desiderat. *l. 63. ff. eod.* Inde etiam Dn. *Carpz.* p. 2. c. 30. d. 38. in præjudicio expresse ait: Es muß so wohl des Gewins als des Verlusts Gleichheit unter denen Gesellschaften nach be- findingung der Anlage und Umständen gehalten werden. *vid. plura de act. comm. divid.* Scilicet: æqualitas relata, computata secundum quantitatem fortis vel operarum præstitarum. Id quod tam in societate ad universum, quam particulari omnino servandum est. *Felic. de Societ. c. 15. n. 44. & seqq.*

*§. 30.* In collatione itaque rerum æquali, æquales *l. 29. & 63. §. 5. ff. pro socio.* in inæquali vero inæquales quoque constuantur *l. 6. & 8. ff. b. t.* observata scil. proportione Geometrica; seu ea, quæ multiplicando & dividendo absolutur. *Job. à Felden in not. ad Grot. de J. B. & P. c. 1. §. 8. & in Elem. Iur. Univers. p. 1. c. 2. in Append.* prout aliquis plus minusve contulit, vel opera vel pecunia, vel industria *§. 1. l. b. t. Carpz. d. l. n. 5. & lib. 5. Resp. 20. Brunnem. d. l. qu. II. Dn. Struv. in Irpr. d. l. §. 5. & in S. I. C. Ex. 22. tb. 30.* Nam ratio- ne laboris & diligentiae hic notandum, quod hæc ab uno collata, comparetur usui pecunia *§. 2. I. & l. 5. §. 1. l. 29. ff. pro soci. Gloss. & Barcol. in l. 1. C. eod. Hartm. Pistor. l. 3. q. 1. n. 16. seqq.* ita ut ob earum præstationem de lucro sive inter- surio Capitalis æque, ac si æqualem sortem contulerit, is, qui laboravit, ex æquitate participet. *Quo pertinet responsum Dnn. Scabin. Lipsiensi. Mens. 1673. C. H. Mercatori Au- gusti. Vindel. datum, his verbis:* Und ob gleich C. kein Cap- tal in die Handlung gelegt/ doch er an dessen Statt seine operas conferret; als wird ihm dagegen ein gewiss Antheil des er-

worbenen Gewins nach richterlicher Ermeßigung billich zugeeignet von Rechts wegen. De ipsa vero sorte nequaquam aliquid tribuitur scil. si finita societate alterius sors sola absque lucro supersit. *Struv. Ex. 22. tb. 33.* ubi eleganter hoc deducit. In dubio autem operæ utrinque collatae compensantur; si tamen socii easdem aestimare velint *Hartm. Pistor. d. I. n. 20.* Judex secundum optimum mentis suæ sensum arbitrari debet ex usu frequentiori, quatenus alteri præ altero plus adjudicandum. *Bald. in I. ult. C. Comm. de legat. ita tamen, ut ratio periculi non plane negligatur I. 29. §. 1. ff. pro soc. ibi: item si solus naviget. &c. Domin. Sot. I. 6. de I. & I. qu. 6. art. 3.* Hoc enim non temere suscipi præsumitur, nisi ob singularem lucri vel alterius commodi causam. Unde & *Judex illi, qui se graviori periculo exposuit, plus lucri, quam alteri sociorum recte tribuit.* Præterea etiam operæ sive labores à judice cognosci, atque ex bono & æquo aestimari solent, si debitor obvauratus ad manus Creditoris adjudicatur pro reparatione debiti. De qua condemnatione & aestimatione videri possunt *Mcv. ad Ius Luber. p. 1. p. 154. & in Disc. de lev. inop. debit. c. 4. sect. 1. n. 45. & seqq. Manz. in Patrocin. debit. add. Franzk. I. I. n. 102. p. 28.* Reliqua exempla, quæ de aestimatione operarum, quatenus æquiparantur pecunia, huc referenda essent, silentii populo merito jam involvimus.

§. 31. Postremo etiam de Mandato pauca dicenda yentunt, ubi judex suam aestimationem interponit. Cum enim hic contractus celebretur committendo aliquid alteri gratuito. *Struv. in Jrpr. I. 3. t. 15. §. 1. Lauterb. tit. mandat. lit. R. p. m. 286.* hinc facile colligi potest, Mandatarium, qui liberse obligavit, etiam facere debere, quantum in se est, h. e. mandatum exequi diligenter & b. fide. *I. 22. §. ult. I. 35. in fin. I. 60. §. ult. ff. mandat.* alias teneri actione mandati ad sat-

tis-

tisfactionem judicis arbitrio definiendam, e. g. mandat quis alteri, ut frumentum vel alias res fungibles ex loco in alium incurru vehat, hic vero navem eligit, easque fluctibus maris committit; Sanè, si naufragio vel alio casu maritimo frumentum perit, mandatarius verum & justum pretium cum omni interesse, quod judex adprobat, mandanti restituere debet, cum hoc modo aliud faciendo mandatum fuerit transgressum. Similem fere casum exhibet *Dn. Carpz. p. 2. c. 20. d. 11.* Vel, si mandatum ira conceptum, ut domus aliqua justo pretio vendatur, & mandatarius eandem sine prævia & diligenti causa consideratione viliori pretio vendit, tunc judex qualitatem ædificii curatus pensitare, atque ex optimo arbitrio æstimare debet, quo mandans id, quod de- est justo pretio recuperet *l. 5. §. 3. ff. mandat.* Salvo interim mandatario manente beneficio *l. 2. C. de R. V.* si in venditione ab emtore ultra dimidium læsus fuerit. Sic etiam si plane omnis forma in mandato deficit, & simpliciter res aliqua vendenda, vel etiam emenda committitur, negotium juxta boni viri arbitrium, & mandantis præsumtam voluntatem expediri debet. *l. 35. in fin. l. 46. 60. in fin. b. t. Frantz. in Comment. eod. n. 80.* E contrario etiam judex æstimare debet impensas, quas mandatario mandans restituere tenetur, ut ille indemniss maneat. *l. 11. 12. §. 9. l. 20. pr. §. 1. l. 27. §. 4. l. 28. ff. mandat. Koppen. l. 2. obf. 58. n. 13. add. Lauterb. p. m. 289. lit. O.* Unde si procurator iter aliquod susceperebat, recte impensas in rationes referre potest. *Dn. Struv. in Jrpr. l. 3. t. 15. §. 11.* Quamvis enim (quod speciale est in Procuratoribus judicialibus & Advocatis. *vid. l. 1. §. 10. l. 10. & 14. ff. de extraord. cognit. Frantz. ad tit. mand. n. 37. & 40. Lauterb. p. m. 286. lit. R. vid. infr. §. 63. b. c.)* salarium videatur esse constitutum, ut inde vivat peregre ablens, tamen hoc ipsi quoad impensas non nocere debet, quo minus easdem

præter illud petat. arg. l. 10. §. 9. in fin. ff. mandat. *Garsias de Expens.* & melior. c. 20. n. 15. Arbitrabitur tamen Judex modice, an immodice quid expensum sit. *Montan. de Tutel.* c. 32. n. 105. Si igitur considerata persona ac rei familiaris qualitate viderit plus esse erogatum, superfluum in rationibus non admittet, cum nemo, nisi res exigat, prodigaliter vive-re. l. 1. §. 1. ff. de Offic. Procur. Cef. sed debitum modum servare debeat. l. 12. §. 2. ff. de Ad min. tut. Recipienda igitur tanta sumtuum summa, quantam ipse procurator, si propria causa fuisset, expeditiset. *Garsias de expens.* c. 20. n. 7. in fin. *Carp. L.* 5. *Resp.* 66. n. 2. & 15. Sed queritur: An si in via latrones incident, ab iisque graviter vulneratus ac spoliatus fuerit Mandatarius, illos sumitus, quos in infirmitate, qua decubuit, fecit, jure repetere possit? Et regulariter negatur per l. 126. §. 6. ff. mandat. nisi & hinc dixeris, judicem considerata negotii qualitate & utilitate ex bono & æquo aliquid assignare posse.

§. 32. Alteram verorum Contractuum speciem constituant innominati, in quibus æque ac in veris judiciorum præsides arbitrari, sive estimatione sua obvenientes lites sospire solent. De illorum appellatione sciendum, quod ideo dicantur innominati, quia absque proprio & speciali nomine actionem producent l. 7. §. 2. ff. de paet. l. 1. §. 2. 3. ff. de prescr. verb. *Lauterb.* in C. J. p. m. 45. 392. & 399. Et regulariter quidem numerantur quatuor. vid. Id. tit. de Prescript. verb. in pr. in quibus sedem suam fixam habet axioma juris vulgarissimum ex l. 13. in fin. ff. de re judic. In Obligationibus dandi præcise ad dandum adstringimur; In Obligationibus vero faciendi liberamur præstante interesse. add. §. 2. l. de Donat. & l. 72. ff. de V. Obl. *Lauterb.* ad tit. de paet. lib. 5. p. m. 50. Ex quo etiam Actio præscriptis verbis, seu Civilis in factum l. 1. §. 2. l. 22. de P. V. introducta reperitur, ad hoc, ut Contractus fides servetur, vel interesse debitum præstetur,

l. 7.

l.7. §.2. ff. de pac*t.* l.1. 2.3. l.5. §.1. & 5. l.7.8. & fin. ff. eod. l.1.  
 §.ult. ff. de rer. permut. Sive igitur agatur ad supplendum  
 contractum ratione rei, ut illa præcise & modo debito trada-  
 tur, sive etiam illa deficiente ad satisfactionem; sane illud  
 negotium felicius vix poterit expediri, nisi per judicem, rem  
 ab utraque parte diligenter cognoscendo, & id, quod inter-  
 est, estimando. Pro majore dilucidatione Exemplum in  
 Permutatione (quæ quasi proprium & de Substantia Merca-  
 torum est. Marquart. de J. Commerc. p.56. n.29.) seu con-  
 tractu do ut des, (in Effectu enim coincidunt, inde nec in  
 praxi ulla est differentia. pro l. un. C. de Rer. permut. Dn.  
 Brunnem. in Parat. Wesenb. b. t. qu.7. licet alias de hac Syno-  
 nymia inter Dd. acriter disputetur. Vid. Magn. Dn. Struv.  
 Ex. 25. tb. 16.) nunc adducere placet. Nam si certa res cum  
 alia certa re commutatur. Id in Jrpr. l.3. t.17. §.5. & hinc  
 pensatio rei suæ cum alia re similis qualitatis intenditur, post-  
 ea vero evenit, ut alter contrahentium de bonitate rei du-  
 bitet; seque enormiter læsum esse credit; sane fundaram su-  
 am intentionem judici aperire optimo jure valet, ut rem æ-  
 stimet, sibiique juxta l.2. C. de Res. Vend. (quam Dd. commu-  
 niter hoc referunt, tum quia hic contractus Emptioni Venditi-  
 oni valde similis, l. fin. ff. de rer. permut. Dn. Struv. Ex. 25.  
 tb. 18, tum quia eandem æquitas rationem circa læsionem  
 æstimandam continet) opem ferat: conf. Frantz. l.3. Resol.  
 35. n. 55. Lauterb. adit. de Res. V. p. m. 344. Judex igitur ita  
 sollicitatus ponderatis prius totius negotii circumstantiis.  
 Abbas. Panormitanus ad cap. quintavallis. vers. tantorum. de  
 Jurejur. tam ad fructus, quam onera rei in item deductæ  
 respicere debet, ut tandem inæqualitas cum iniuritate clা-  
 rescat, & læsus id, quod sibi de vero petio deest, recipiat.  
 Frantz. l.c. n.57. Munoz. de Escobar. variar. Comput. 6. Et  
 sic etiam in reliquis hiscæ speciebus, ubi per rei traditionem

spe-

sperata æqualitas deest, justitia secundum judicis arbitrium administratur. Nec aliter lucrum cessans & damnum emer-  
gens, si alter factio suo vel planè non, vel dolose contractum impleat, æstimandum est, de quo inferius plura dicentur. Interim vid. l. 7. §. 2. ff. de past. l. 1. 2. 3. l. 5. §. 1. & 5. l. 7. 8. &  
ult. ff. de prescr. verb. l. 1. §. ult. de rerum. permut. §. 33. Proprios sive veros Contractus nunc excipiunt  
improprii, vel quasi, illis alias oppositi ideo, quod consen-  
sum non, ut in illis expressum habeant, sed lex Civilis ex u-  
nius facto & alterius, cuius utilitas promovetur, præsumta  
approbatione consensum inducat, ita, ut exinde alter/alteri  
obligetur. *Magnif. Dn. Struv. in Jrpr. l. 3. t. 18. §. 1. seqq.* ibi-  
que *Dn. Stryk. in not. mss.* In hisce autem itidem quamplu-  
rima, quæ sola judicis æstimatione decernuntur, occurre,  
ex sequentibus dilucide patebit. Quod enim ad Tutelæ ad-  
ministrationem attinet, præmonendum est, quod statim in  
ipsa tutoris constitutione isto arbitrio opus sit. Enim vero  
tum in pupilli patrimonium, tum etiam tutoris bona inqui-  
rere Magistratum decet, an idonea Cautio, (quæ tamen ho-  
die ut plurimum in bonis immobilibus, si quæ habet tutor,  
constitit. *Carpz. l. 5. Resp. 82. & p. 2. c. 11. d. 40. & seqq.*) adsit.  
Si enim hoc neglexerit & minus provide egerit judex, pu-  
pillus postea dilapidatus bonis suis actionem subsidiariam,  
etiam hodie, cum nullibi expresse sublata, adhuc in foro fre-  
quentia, contra eundem instituere potest. *Dn. Philipp. ad I.*  
*l. i. Ecl. 89.* Præterea etiam judex æstimat, si persona pupillo  
obligata, vel vice versa, ad tutelam vocetur. Jure enim No-  
vell. *Auth. Minoris. Debitor. C. qui tut. vel curat. dar. Nov. 72.*  
*c. 1. 2. & 3.* (secus Jure Digest. & Cod. l. 8. C. qui tut. dar. poss.  
l. 7. C. de Excusat.) expeditum est, quod defuncti ignorantis  
l. 19. ff. de Inoff. Test. creditor vel debitor tutores vel Cura-  
tores esse nequeant. *Vid. Lauterb. tit. de Tutel. p. m. 460.*

Brun-

*Brunnem. ad ff. d. l. q. 14. Frantz. l. 1. Resol. g. n. 24. Carpzov.*  
*p. 2. c. II. d. 19. n. 1. ne scil. Creditor solutæ pecuniae rationes*  
*in fraudem pupilli intercipiat, & debitum denuo petat; De-*  
*bitor vero instrumenta, debitum continentia subtrahere, vel*  
*falsum cancellare queat. Dn. Strauch. Ex. 5. th. 20. Magn. Dn.*  
*Stryk. Preceptor quondam humanissimus, ideoque adhuc longe*  
*venerandus in Colleg. priv. mss. ad Illustr. Strup. Jrpr. l. 3. t. 21.*  
*§. 24. Idque procedit, si nec judici (qui confirmare debet.*  
*Recff. Imper. de Ann. 1548. & 1577. tit. von Pupillen und*  
*Minderjährigen. 32.) de ipsius debiti quantitate constat: se-*  
*cus igitur, si illud aestimaverit. Modicum enim debitum ex-*  
*plorata simul tutoris fide tutelæ officium non impedit. Vid.*  
*Lydv. Ex. 3. th. 6. Carpz. p. 2. c. II. d. 19. n. 4. & def. 20.*

II. §. 34. Non tantum autem æstimatione judiciali in ipsa  
 tutoris constitutione, sed etiam maxime necessaria est, quando  
 rationes administrationis tam quoad accepta, quam ex-  
 pensa (vulgò: Quitt- und Belegung) reddi & justificari de-  
 bent. Ubi semper attendendum venit, an per omnia legi-  
 time administraverit tutor. Sive enim certus modus juxta  
 §. 6. b. c. à judice fuerit praescriptus, sive ipse tutor ex bene-  
 placito suo alimenta præbuerit, nihilominus tamen arbitra-  
 bitur Magistratus, an sint competentia Molinet lib. 2. de pri-  
 mogenit. c. 15. n. 39. & 40. Quid si enim pupillum delicatis  
 lactaverit cibis, e. g. turdis gallinis, perdicibus &c. eorum  
 que pretium jam repetat, sane judex non recipiet in Calculo,  
 nisi pupillus sit nobili genere natus, vel alias laete educatus,  
 & dives. Namque hujus solùm generis hominibus delica-  
 ta cibaria dari vult. Accurs. in l. 16. §. 9. ff. mand. & l. 99. ff. de  
 leg. 3. contra ea vilioris conditionis personis, licet multum  
 in arte habeant, suppeditare statuit allia, cœpas, caseum, le-  
 gumina Tiraquell. de Nobilit. qu. 10. n. 187. Opulentia enim  
 talis si non plane exhaustitur, ad minimum tamen per lau-

tiores dapes occasio præbetur pupilli, in posterum ad prodige vivendum. Neque etiam in rationibus judex admittere debet vinum, nimirum extra casum infirmitatis datum, quia puer nutritus vino rarissime per venit ad bonum finem, ut not. *Gloss. ad tit. C. de alim. pup. præf.* up stallionis medie

§. 35. Porro circa Alienationem bonorum pupilli, quæ servando servari non possunt. *Dn. Struv. Jrpr. l.1. t. 21. §. 11.* & venditionem fructuum estimet judex, an pretio forensi, justoscil., & in illo loco usitato facta venditio. *l. fin. C. de Adm. tut.* Item: si forte dotavit pauperem pupilli sororem, neque modum debitum observavit, sane id, quod præter necessitatem dotis loco constituit, tutor non repe-  
teret, sed tantum, quod arbitrio boni viri facere debuisset. Il-  
lud quidem Juri congruum planè non videtur, fratrem do-  
tare sororem, cum tantummodo patri vel avo onus dotandi  
incumbat. *l.1. C. de heret. Dn. Struv. Jrpr. l.1. t. 8. §. 3. Lau-  
terb. de J. dot. lit. C. Gail. l.2. 0.95. n.1.* hoc tamen adstrue-  
re conantur ex *l.12. §.3. ff. de adm.* & *peric. tut. ibi: non dabit  
sorori ex alio patre nate.* Quæ argumentatio à contrario  
sensu sumta, licet magis factum, quam Jus sapiat, attamen in  
eo videtur defendenda, quatenus frater dives, qui habet so-  
rorem egenam & juvenem. *Thesaur. Decis. 192. n. 7.* non tan-  
tum expiate *Dn. Struv. Exerc. 30. tb. 78.* sed etiam ex ne-  
cessitate adstrictus est ad ejusdem alimentationem *Carpz.  
l.4. Resp. 61. 60. 59.* Jam vero causa alimentorum & dotis à  
pari procedunt, cum utraque pia *l.32. §. 2. ff. de Cond. indeb.  
l.12. C. qui pot. in pign. Kellenbenz. de Renunci. hered. qu. 42. n.  
33. imo saepe dos loco alimentorum sit H. Pistor. p. 2. qu. 37.  
n. 4. Carpz. p. 4. c. 26. d. 2. n. 4.* ut adeo frater, sicuti ad ali-  
mentationem, ita quoque ad dotationem vi pietatis & æqui-  
tatis obstrictus sit, si soror inops alias non possit honestam

29103

nuben-

(73)

nubendi occasionem invenire. Hac enim ipsa ratione, tan-  
quam magna & probabili Mater quoque, quæ alias ibidem  
ex libero tantum arbitrio dota filiam, tenetur dotem con-  
stituere per l. 14. C. de J. dot. vid. Lauterb. eod. t. lit. C. non ta-  
men aliter, quam Judex determinaverit, quod voluit JCtus  
in l. 60. ff. de J. dot. l. 48. ff. solut. Matr. Autb. quod locum. C.  
De Collat. Interim de hac quæstione, utpote aliæ maxime  
controversa, legi potest Munoz. de Escobar. de Rat. Adm. c.  
22. n. 55. & seqq.

§. 36. Ceterum quoque ea, quæ intuitu pupilli fuere ex-  
penſa e.g. donando, hospitando &c. moderari solet Judex. Ex  
quo conſtat, quod, licet regulariter cuilibet Administrato-  
ri donatio interdicta sit l. 22. & 40. §. f. ff. de Admin. & perit.  
tut. l. ult. ff. de Curat. furios. l. 22. C. de pact. quia donare est  
perdere l. 7. pr. ff. de donas. Ex iusta tamen cauſa tutor mo-  
tus, pura, si hoc luadeat pupilli utilitas. l. 1. §. 1. ff. de Tutel. &  
rat. diſtr. Gail. 2. 0. 72. n. 9. omnino donare poſſit, quia li-  
bera ipſi conſessa administratio; modo hujusmodi largitio-  
nes non ſint ultra pupilli facultatem. l. 12. §. 3. ff. de adm. &  
per. tut. Eatenuſ enim recipi debent in calculo, quatenus  
vel ad pupilli respectum, vel remunerationem pertinent, &  
moderata ſunt, atque conſuetæ. c. ceterum. de Donat. ibi: In  
donatione data rei quantitas, & illius terre conſuetudo eſt at-  
tendenda. Quapropter ſi forte ex more vel regionis vel de-  
functi patris munera miſiſſet, & ultra dignitatem res eximiū  
valoris, vel etiam in conſuetudo tempore dediſſet, arg. l. 12. ff.  
de pign. act. l. 13. §. 1. ff. de uſur. ibique Gorhoſt. lit. t. tunc fa-  
ne id tantummodo tutor repeteſſe potheſt, quod judeſ in cau-  
ſæ cognitione conditioni pupilli conforme & aequivalens ar-  
bitrabitur. Neque etiam fecuſe reſ haſer, ſi tutor in ho-  
ſpitandis amicis vel propinquis impenſas feciſ, & rationibus  
addiſit. Ibi enim itidem expedendum eſt, an expedierit

pupillo, & an ultra dignitatem & modum dapes fuerint appositæ l. 12. §. 3. ff. de Adm. & per tut. Meier. in C. J. Argent. ad tit. de contr. tut. & util. act. §. 7. quicquid enim præter necessitatem fuit erogatum, tutor per estimationem judicis, liquidationem examinantis, penitus amittit. Quilibet igitur tutor vel Curator in eo se prudentem exhibebit, qui ante erogationem, præcipue in casu ordinario, ubi adventum hospitum certo præscit, ipsum judicem statim adit, eique utilitatem & necessitatem demonstrat. Vid. Munoz. de Escobar. de Ratioc. Adm. c. 22. n. 47.

§. 37. Sed quæritur: Quid de Salario tutoris sentendum, an, quod sibi ipsi constituit, in rationes referre possit? Negatur hoc communiter l. 33. §. fin. ff. de adm. & peric. tut. quia tutela est officium sua natura gratuitum Dn. Struv. Ex. 31. tb. 9. add. Gutierrez. tr. de Tut. & Cur. p. 3. c. 2. n. 1. Cap. Beza. tr. de Decimis Tut. Jur. Hisp. pref. c. 1. n. 1. Mod. Pistor. Vol. I. q. 1. n. 1. sqq. Guid. Papa Decis. 68. n. 1. Conferetur enim quilibet tutor hoc munus personale legis imperio obiisse ut onerolum, non lucrativum §. 2. & 5. I. l. 33. ff. de extus. tut. ideoque plane gratuitam operam ex pietate præstuisse. l. 38. ff. de N. G. Dn. Carpz. p. 2. c. 11. d. 40. cumprimis si fuerit cognatus vel amicus. Salva tamen (præter alias limitationes, quas collegit Gutierrez. d. tr. n. 2. & sqq.) judicis dispositio- ne, qui nonnunquam ex justa causa tutori salarium constitue- re potest per l. 33. in fin. de Adm. & per. tut. l. 1. §. 7. ff. de tut. & rat. diskr. Dn. Struv. cit. Ex. 31. tb. 9. & 71. Hujus enim au- toritas adeo constricta non est, quo minus ad tutoris implora- rationem l. 7. ff. mand. l. 1. C. cod. l. 1. §. 10. ff. de extr. cogn. pro modo facultatum pupilli aliquod salarium decernere valeat. Dn. Carpz. cit. def. 40. in fin. Nimirum si viderit, tutorem velesse pauperem, ut se non possit exhibere l. 1. §. 7. ff. de tut. Grat. diskr. Menoch. de A. J. Q. l. 2. c. 6. n. 512. vel alias multis nego.

-liq-

negotii, laborem improbum exigentibus, hactenus obrutum. arg. l. 7. ff. test. qu. aper. vel eandem in specie operam, quam alias pro certa mercede locare solet, adhibuisse. E.gr. si tutor fuerit agricola, & propriis jumentis & opera pupilli praedium colit. Quod etiam alii extundunt ad casum, si tutor sit Advocatus, & pupillo libellos fecerit. Lauterb. ad tit. ff. de Contr. tut. &c. in fin. p. m. 476. ibique cit. Berlich. lib. i. Aur. Decis. 234. in f. prouti & deciderunt JCTri Lipsienses Mens. August. 1624. Alias enim contra intentionem Legislatoris in l. 29. ff. ex quib. caus. maj. tutori officium suum elicit damnosum. l. 140. ff. de R. J. l. 7. ff. test. quem. aper. c. 2. X. de fidejuss.

S. 38. Ob gestionem negotiorum, si causa in judicium proferatur, judex fideliter inquirat, an gestor debitam diligentiam per totum negotium adhibuerit. Dn. Brunnem. in Parat. Wes. de neg. gest. q. 18. nam pro ratione culpe admissa, & damnum arbitrio judicis resarcendum est. Imo cum nihil lucri penes gestorum manere debeat, per judicem optimae potest determinari, quantum ex gestione ad ipsum pervenerit, vel probabilitate pervenire potuerit. l. 31. §. 3. d. t. Dn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 18. §. 6. & in S. C. Ex. 7. th. 50. Ad subienda enim alterius negotia nemo lucrandi, sed potius alterius utilitatem promovendi animo accedere debet. Si quando in pluribus negotiis lucrum unius cum damno alterius compensatur. l. u. ff. de neg. gest. id eatenus admittet, quatenus utrumque est liquidum arg. l. fin. C. de Compens. Brunnem. in Parat. Wes. eod. t. qu. 14. ubi simul estimare debet quamlibet rem, ut neutri præjudicetur. Ratione impensarum estimandarum cautus iterum sit judex, & inquirat, quid urgente necessitate in utilitatem domini fuerit erogatum. Hoc enim tantum, nec quicquam amplius ille refundere debet. l. 25. 27. 28. ff. de negot. gest. Lauterb. p. 73. b. t. Ex quo appa-

ret, quod negotiorum gestor, qui peregre profectus, à Latoribus vulneratus & spoliatus, illos sumitus, quos in infirmitate fecit, non recipiat. l. 26. §. 6. ff. mandat. Sed Q. An istiusmodi impensæ etiam debeantur, si gestio effectu operato careat? Affirm. vid. Molin. de J. & J. tr. 2. disp. 554. n. 1. Sufficit enim, si negotium cum ratione atque ex bona intentione cœpit, prudenterque gesit, quamvis demum infeliciteter & absque commodo absolverit. l. 10. §. 1. ff. de N. G. ibique Dn. Brunn. add. Parat. Wef. qù. ult. b. Lauterb. d. t. pr. & lit. E. Magn. Dn. Struv. Ex. 7. th. 52. Eventus quippe non semper est penes gerentem, nec facta, (quæ dissentientium est opinio) ex eventu rei gestæ judicanda sunt, sed videndum, utiliter an inutiliter negotium fuerit cœptum. d. l. 10. in fin. conf. Munoz. de Escop. cit. tr. c. 15. n. 53. cum ibi alleg. nisi tam tempore intermedio dominus prohibuerit pergere. l. 49. ff. mand. l. f. C. de N. G. ubi nihilominus sumitus anteriores judex aestimabit, & in eandem summam Dominum condemnabit. Hoc enim ideo constitutum, ne quis in medio actu dolose prohibeat, & alterius labore ditetur. l. 14. ff. de cond. ind. Dn. Brunn. add. l. ult.

8. 29. In causa hereditatis, sive hac jam adita iterum extradenda, sive legitima, legata vel fideicomissa tantum exsolvenda sint, judicis aestimationem multoties intervenire, nunc videbimus. Nam si personæ, quæ alias successuræ essent ab intestato l. 6. §. 1. ff. de inoff. test. Lauterb. cod. t. lit. S. ob plenarie, sed tamen inique factam exhereditationem in judicio petant, testamentum quoad hæredis institutionem Nov. 115. c. 3. in. f. & c. 4. in. f. non tantum rescindi, sed omnia defuncti bona sibi applicari. conf. Magn. Dn. Struv. Lauterb. & alij Dd. ad tit. de inoff. Testam. profecto non nisi per judicem hujusmodi petitis satisfieri posse, patet exinde, quia, si heres institutus etiamnum possidet hæreditatem, in

uno

uno eodemque libello nobile Judicis officium implorare so-  
lent: Den Erben anzuhalten / daß er die Erbschafft neben  
den eingehobenen Nutzungen wieder aushändige. *Dn. Schach.* in  
*C. Pract. ad d. t. p. m. 84.* Omne autem, quod heres vel per-  
cepit, vel percipere potuit, per judicis aestimationem opti-  
me decerni, supr. ostensum fuit in §. 9. h. c.  
§. 40. Deinde etiam res ita tractatur, si, quod vel  
maxime hoc pertinet, heres ex quasi contractu aliis obliga-  
tus est. Et hoc quidem accipe de Cau, ubi liberi vel paren-  
tes *vid. §. 1. I. ibique Vinn. l. 1. ff. & l. 30. C. de inoff. test. Lau-*  
*terb. p. m. 109. lit. S.* in testamento non penitus sunt præte-  
riti, sed quidem illis titulo honorabili *Nov. 15. c. 3. 4. & 5.* al-  
iquid fuit relictum, quod tamen veram legitimæ quantita-  
tem non attingit. Hæc enim portio, quemadmodum Ju-  
re divino *2. Corintb. 12. vers. 14. & Naturæ. l. 7. §. 1. ff. unde*  
*liber. Grot. l. 2. c. 7. §. 4. num. 3.* item Canonico. *c. Raynu-*  
*cius. de Testam. & Civili debetur. l. 7. ff. de bon. damn.*  
*ibique Gothofr. Nov. 1. in pref. §. 2. Mevius ad J. Lub. p. 30.*  
*num. 5. & 6. Bronch. misc. Contr. c. 1. aff. 34. n. 2. A. de Reyber-*  
*v. Legitima, ibique addit. n. 2. Lauterbach. de inoff. test. in f.*  
*Magn. Dn. Strav. Ex. 10. tb. 10.* Concordante simul Saxonico,  
aliosque Juribus. *vid. Gloss. 1. & ibi Zobel. in add. l. 2. a. 30.*  
*Gand R. & Gloss. in c. 27. Lehn R.* ita quoque per judicem  
debito modo illa portio assignari debet *vid. l. 36. pr. C. de*  
*inoff. test.* idque non tam ratione ipsius heredis, ne pro lubi-  
tu in hereditate fiat electio *vid. Grasius de Success. §. Legit-*  
*tima. qu. 18. n. 1. seqq.* quam ratione illarum personarum, qui-  
bus Legitima jure competit. *Lauterb. d. p. 109. in fin. & p.*  
*107. lib. 5.* ne dolose hæ defraudentur. *Roland. à Valle in*  
*Conf. 65. n. 18. seqq. Schirff. Conf. 20. & 73. cent. 1.* sed ean-  
dem salvam & absque ullo onere & conditione integrum  
habeant. Hinc in libellando etiam à judge peri solet:

das dasjenige / was solcher gestalt an der Legitima abgehet / billich von dem Erben erjeget / und gut gethan werde. vid. Schach. in C. Pr. p. m. 86. Scilicet legitima iuppleri debet ex substantia defuncti patris, Matris vel fratris vid. l. 36. pr. vers. repletio nem. C. de inoff. Test. quam Judge vel ex proprio vel aliorum prudentum arbitrio legitime taxare necesse habet, ne forte ob laisionem noviter repertam nova lis oriatur. Neque tamen in aestimanda legitima omnia defunctæ Matris bona simul computantur, sed superfite hujus Marito mobilia (ut & Jur. Sax. Elect. immobilia aestimato in dotem data. Carpz. p. 3. c. 23. d. 26.) excipiuntur, quippe quæ solus Maritus, excepta Gerada accipit. Land R. l. 1. a. 31. post. pr. l. 3. a. 76. post pr. vers. Und stirbt denn das Weib. add. Carpz. d. l. def. II. Dn. Strub. Jrpr. l. 2. s. 30. §. 27. nisi & hic reliqua bona immobilia ad debitam legitimæ liberorum vel parentum quantitatem non sufficiant. Dn. Richter. dec. 7. diss. 6. & de Success. ab invest. scđt. 4. m. 2. n. 32. add. Dn. Strub. Ex. 38. tb. 40. ubi & Jure Elect. & Provinciali Saxon. illa ipsa in subsidium assumi solent, ne legitima sit imperfecta. vid. different. Iur. hor. spec. tr. exhibitas p. m. 121.

§. 41. Præterea etiam in præjudicium petentium Legitimæ accensenda non sunt illæ res, quas antea vel titulo oneroso, vel jure legati, vel ex alia causa favorabili à testatore acceperunt. Secus igitur, si quicquam titulo lucrativo (excepta donatione simplici Dn. Richt. p. 1. c. 44. n. 7.) vel dotis, vel donationis propter nuptias, vel alio hujusmodi casu acquisierint l. 30. C. b. t. quò etiam Elector Saxon. refert Geradam, scil. ut hæc etiam, quippe regulariter filiabus debita, in Materna hereditate conferatur, vid. Constat. Elect. n. p. 3. ibique Dn. Carpzov. add. Rauchbar. p. 2. qu. 17. Legitimæ igitur computatio & aestimatio ita fieri debet, ut illa, quæ ad collationem pertinent, à bonis hereditariis separantur.

rentur, & legitima quantitas constituantur, & inde, iusto utrinque pretio statuto, colligatur, quantum laeso deficit, & superplendum sit. l. 25. ff. & l. 31. 32. C. de inoff. test. ibique Gotbofr. neglecta interim alia omnium bonorum confusione, de qua vide lis Harm. Pistor. lib. sing. obf. 12. num. ii. & 12. Moller. add. C. E. Sax. n. p. 3. Iudex tamen & hic habeat rationem temporis, sc. juxta jus commune, mortis testatoris. §. 2. I. de L. Falcid. l. 6. & auth. Novissima. C. de inoff. test. Dn. Brunn. ibid. p. 187. & seqq.. Diff. quoad Jus statutarium Mev. ad I. Lub. l. 2. p. 102.

S. 42 Nonnunquam etiam legata aestimari solent à iudice, ut legatarium sua portionis fiat particeps. vid. l. 27. ff. de leg. 1. & heres ab obligatione liberetur. Nimirum si res tempore additionis vel non amplius existat, vel si praefens, aliena est, ita, ut dominus eandem aut penitus vendere nolit, aut saltem inmodicum pretium exigat. l. 14. §. ult. l. 30. §. ult. ff. de leg. 3. Quapropter, ne defuncti testatoris voluntas sit irrita & frustranea l. 39. S. 7. ff. de leg. 1. l. 10. C. eod. ibique Dn. Brunn. rei legata verum pretium, quod iudex arbitrabitur, præstari debet. d. text. add. §. 4. I. de legat. ibique Schneiderw. l. 9. 10. 40. 43. l. 71. §. 3. ff. de legat. r. l. 80. ff. de legat. 2. Et quidem cit. Schneiderw. n. 2. expresse dicit, quod, si contentio sit inter legatarium & heredem, semper illa per aestimationem judicis debeat auferri, ita scil. ut legatarius id, quod sibi debetur, plene consequatur. conf. Philipp. ad Inst. 2. Ecl. 80. n. 1. seqq.. Ex quo constat, quod quilibet heres legatarii satisfacere teneatur, quotquot etiam fuerint nominati. Ne tamen ob legatorum multitudinem absque commodo instituti hereditatem adire ignominiose recusent, sicque ultimæ voluntates evertantur. pr. & §. 2. I. de L. Falcid. Beneficium Quartæ Falcidiæ ex legatis detrahendæ, non solum testatorum. pr. I. d. t. add. Carpz. p. 3. c. 1. d. 12.

sed & heredum cœula. l. 71. ff. eod. Lauterb. p. m. 528. lit. S. laudabiliter inventum est. Phil. l. 2. I. Ecl. 98. num. 1. quæ detractio per judicem optime fieri dicitur eo, quod universa patrimonii quantitas tempore mortis testatoris diligenter spectanda. l. 56. pr. l. 73. pr. ff. b. t. Harpr. ad §. f. I. de l. Falcid. Lauterb. p. m. 528. lit. A. B. & secundum communem opinionem æstimanda veniat. vid. Viroius de Execut. c. 145. §. 3. imputatis saltem iis, quæ quis institutionis titulo à testatore habet. l. 74. & 91. ff. b. t. Ant. Faber. l. 6. Conject. c. 4. Fachin. l. 5. Contr. 15. Magn. Dn. Struv. Ex. 36. ib. 4. Si enim hæc non contingant quartam hereditatis partem, pro rata aliquid ex quolibet legato datrahi debet, ut tandem illam accipiat. Confirmatur hoc Responso Ampliss. Facult. Jenens. Mens. Jun. A. 1625. ad Consult. N. B. zu E. ubi inter alia: Da nun die eingesezten Erben in ihren 4ten Theil der Brüderlichen Verlassenschaft verfürhet/ und deren Mangel vorfält/ so sind die Schwestern/ so viel ( scil. ex arbitrio judicis) zu Erfüllung dessen von nöthen/innen zu behalten berechtigt w. Et recte ita servatur, nisi alia ratio obster, quas collegit Dn. Struv. in Jrpr. l. 2. t. 25. §. 4. & Ex. 36. ib. 6. Interim Remedia hanc consequendi vid. apud Duaren. c. 8. ad L. Falcid. Anton. Fabrum. l. 6. Conj. c. 1. & 2. Donell. l. 8. Comment. c. 27. Wes. in Par. ff. b. t. Lauterb. eod. p. 528. lit. a. Phil. l. 2. I. Ecl. 98. n. u. Dn. Struv. d. Ex. 36. ib. 5. Eodem fere modo vid. l. 42. ff. ad L. Falcid. ( nam circa ea, quæ imputantur, singularis est differentia, quam ostendit Dn. Struv. Jrpr. l. 2. t. 25. §. 2. & t. 26. §. 9. ) ex hereditate alii per fideicommissum relicta deducitur Quarta Trebellianica, scil. ut heres fiduciarius tantum vel retineat, vel alia ratione recipiat, quantum æstimante judice ad quadrantem requiritur. §. 7. I. de fideic. hered. l. 3. & seqq. C. ad SC. Trebell. conf. cit. Viroius de Execut. d. l. §. 43. In divisione rerum hereditiarum communium

nium publica judicis æstimatio in tantum creditur necessaria, in quantum utilis est; quippe cum per istam omnes circumstantiae accuratius ponderari & patrimonii qualitas investigari soleat, adeo; ut hæc absque fraude, dolo vel errore facta firma maneat. *I. 36. ff. fam. ercif. l. i. C. de cond. indeb.* nec ulli amplius facultas relicta sit, novâ querela judicium turbare, quod tamen cum magno judicum incommodo & difficultate sæpius fieri videmus, si cohæredes invicem dividerint privatum. Tunc enim (eveniente casu) vel in totum revocari, *I. 36. ff. fam. ercif.* vel saltim laſio refarciri solet, etiam exigua, ut ex *I. 3. C. comm. utr. jud. colligunt.* *Dn. Struv. Ex. 15. tb. 10. Lauterb. p. m. 151. ibique alleg.* quia nec dividitum voluntati, nec æquitati, consentaneum videtur, ut alteruter ullo modo lædatur. *arg. I. 34. ff. fam. ercif.* *I. 21. C. de J. dot.* quod quidem alii negant, solam laſionem enormem intelligentes, *Wesemb. b. tb. 24. Carpz. p. 3. c. 15. d. 19. n. 9. Add. Brunn. in Comm. ad d. I. 3. C.* qui tamen neutrām sententiam videtur ampliati, dum *in fin. l. c.* dicit, se hanc sententiam suo loco relinquere, juxtimque valde vere ri, ne in foro recepta ex his multas pariat lites. Sincera igitur fide *arg. I. 2. C. si propt. publ. pens.* & prout æquisimum & commodissimum videbitur, tam in dividendo, quam adjudicando procedat judex. *Struv. in Jrpr. l. 2. t. 32. §. 2.* Quod fit, si ante omnia res omnes consignari curat, easdem que postea exhibitis, si opus est, peritis æstimatoribus, taxat. *I. 34. ff. fam. ercif.* Deinde in tot partes dividit, quod haberi debent, singulisque herediibus suam portionem addicit. *Magnif. Dn. Struv. Ex. 15. tb. 10. Carpz. p. 3. c. 15. d. 1. Georg. E-verb. Vol. 2. Cons. II.*

*S. 44. Quæ quidem addictio fieri solet vel per sortem. Carpz. l. c. ibi:* So wird die Theilung von der Obrigkeit durch etliche dazu verordnete Commissarien, so der Güter

Gelegenheit am besten befant/ans<sup>s</sup> gleichste billig vollzogen/ und  
folgends durchs Loos entschieden/ *B. R. W.* vel etiam, si here-  
ditas inter fratres dividenda, per electionem minoris *Id. d.*  
*L. def. 2. Gratt. de Success. §. legitima. qu. f.* In toto autem  
hoc negotio & qualitas, in æquitate consistens, observari de-  
bet *L. p. C. comm. divid.* ita, ut neuter, si scil. plures vel ab in-  
testato succedunt, vel æqualiter instituti sunt, in adjudicatio-  
ne plus accipiat, *vid. l. 1. §. 36. depos. Lauterb. p. m. 280. pr. &*  
*seqq.* Äquale enim onus postea quoque ferre debent, e. g.  
si forte post divisionem factam impensa vel funeris vel in res  
hereditarias conservandas factæ veniant exsolvendæ.  
*Schneid ad §. fin. I. ad L. Falc. n. 6.* aut si ex dolo defuncti in  
contractu quodam admissi *l. 7. §. 1. ff. depos.* heredes con-  
veniantur, quilibet heres pro parte tenebitur. *l. 12. & 49. ff.*  
*de O. & A. Franzk. tit. depos. n. 101.* Neglecta judicis autor-  
itate, quando divisio privatim peracta est, & alter, jam læsionis  
supplementum à coherede exigit, itidem ejus quantitatem  
recte estimare judicem oportet. *Mynsing. c. 2. O. 61.* juxta  
consideratis circumstantiis, utrum læsus inæqualitatem di-  
visionis hactenus plane nesciverit, an vero super eam trans-  
egerit. *l. 122. ff. de V. O.* utrum læsio ex accidenti, an vero  
culpa supervenit *arg. l. 8. inf. C. de Resc. Vend. Carpzov. p. 3.*  
*c. 15. d. 20.*

*§. 45.* Neque aliter divisio instituitur & absolvitur,  
ubi duo pluresve rem aliquam singularem simul acquirunt,  
siveque prater opinionem in societatem incident, deinceps  
vero inter se agunt de ista, hactenus communī, dividenda,  
commodis communicandis, damnis dolo, culpare  
datis relarcendi, adeoque interesse & impendiis resti-  
tuendis. *Dn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 18. §. 18.* Idem  
enim in hoc judicio judicis officium est, quod in fam.  
ercise. *§. 5. I. de Off. Jud. l. 6. §. u. l. 7. pr. & §. 10. ff. comm. di-*  
*vid.*

*vid. l.3. C. eod.* cum primis tamen Judex sequatur voluntatem litigantium *l. 21. ff. d. t.* & si res plures dividenda, singulas & estimatas singulis adjudicare debet. *l.3. C. comm. divid.* Si vero rem unam, & quidem ex facili divisibilem inveniat, partem unicuique suam fideliter adsignare intuitu officii cogitur; Et si forte unius partem prægravare videat, hunc alteri ad certam pecuniam condemnabit. *Dn. Struv. Ex. 15. tb. 24.* Si autem rem sua natura vel plane non, vel faltem incommode divisibilem inveniat, eandem statim vero pretio estimari faciat, & quidem vel ex proprio arbitrio, ad summis prudentibus viris, qui rei notitiam habent, vel etiam, si eidem stare partes detraheant, mediante publica licitatione. *Lau-terb. p. m. 53.* ubi plus offerenti (nisi ipse socius majorem partem habens, idem pretium solvere velit *l.3. in fin. C. comm. divid.*) adjudicatur *l.1. C. eod.* & pecunia debito modo tribuitur. *Magn. Dn. Struv d.l.* Per indirectum etiam huc pertinet divisio frumenti, quod absque voluntate nonnullorum commisum est §. 28. *I. de R. D.* Quamvis enim proprie nulla inducatur communio, ideoque nec hoc iudicio divisorio, sed actione in rem quilibet suum repetat *Magn. Dn. Struv. Ex. 41. tb. 43.* in ipsa tamen causa cognitione & decisione nulla subsist differentia, sed judex æque ac in societate qua tali non solum, quot quisque modios ante permissionem habuit, attendere, sed etiam estimare debet, quale cujusque frumentum fuerit, ut cum grana adeo accurate feliginequeant, illi, qui melius habuit, plus, qui dete-rius, minus adjudicetur. *d. §. 28.*

§. 46. In confusione finium ante omnia videat, ut termini rite discernantur. Hinc ad inspiciendum locum controversum Commissarios & rei peritos artifices mittat. *Franzk. ad tit. ff. fin. reg. n. 22.* quales sunt Geometræ, aliquique prudentes Viri. *l.8. ff. fin. reg.* qui inquirant, quomodo

fines hactenus observati. l. 3. C. eod. l. 24. ff. de R. V. & Ichne-graphiam conficiant v. præced. c. §. 7. ut vel ipse Judex vel Scabinatus, ad quem causa mittitur, affinitatem agrorum sufficenter cognoscere, cuiuslibet portionem confusione occupatam discernere, & rem in antiquam formam redigere possit. Franzk. d. l. n. 2. Quo facto facilius etiam aſtimari poterit intereſſe, in quantum ſcil. ob fines latius habitos reus actori ſit obligatus l. l. l. 4. §. 1. l. 8. ff. fin. reg. §. 20. I. de action. propter utilitatem perceptam, vel etiam percipientiam, ſi ille fuerit in m. f. Dn. Brunn. in Par. Wesenb. tit. de R. V. Hæc enim omnia, quæ actori hactenus defecere, arbitrio judicis restituenda ſunt. Dn. Struv. Ex. 14. tb. 50.

§. 47. Porro ex aliis præsumtis contractibus Dn. Brunn. c. l. tit. Nut. C. Stab. q. 5. præcipue huic referri potest receptio in navem, cauponam vel stabulum. Nam cum juris mani-feti ſit, quod quilibet navis vel caupona Exercitor l. l. §. 2. ff. N. C. S. quotidiani quæſtus gratia hoc vivendi genus ele-gerit, non immerito etiam ipſi vectoribus & hospitibus suis ex ipſa contractus natura rerum custodiā präſtare teneantur Brunn. ad l. 5. ff. b. t. adeo ut obligatione per receptio-nem ſemel nata, nauta vel caupo nec liberare ſe poffit proteſtatione ſua, niſi & hospes conſentiat. Magn. Dn. Stryk in Coll. mss. priv. ad B. Brunn. Par. Wes. cod. t. qu. 3. Cenſetur enim facto ſuo le ſuumque diverſorium ſecurum & idoneum eſſe, profiteri. Klock. v. 3. conf. 135. n. 9. 12. 43. & ſeqq. Hinc et-iam omnia, quæ vel per ſe, vel per alium ſcienter recepit. l. l. §. fin. arg. l. 3. §. 3. & l. 5. pr. ff. d. t. Lauterb. p. m. 92. restituere debet. Fr. Stypmann. de Jur. marit. & naut. p. 4. c. 15. n. 107. aliás, ſi res vel deteriorata, vel plane deperditæ fuerint, aut ad damni reparationem, aut iuſtam earum aſtimationem arbitrio judicis, qui tum perſonæ dignitatem tum loci qualitatē benè jam cognovit, recte condemnabitur. Carp. p. 2. c. 26.

c. 26. d. 10. ibi : Darum berührter Wirth/ daß solche Sachen zu ihm bracht/ und dieselbe bey ihm gestohlen worden/ geständig/ oder/ wie recht/ überwiesen würde &c. So wäre er die verlohne Sachen wieder zu schaffen/ oder dem rechten Werth nach zu bezahlen schuldig. V. N. W. etiam si hoc citra culpam suam acciderit. l. 3. §. 1. in fin. ff. d. t. Sufficit enim temeritatis loco, quod non vel ipse custodierit res viatorum, vel non melius introsperxit & exploraverit fidem eorum, quorum opera usus fuit. §. fin. I. de O. ex qf. del. l. 5. §. fin. de O. & A. l. 5. §. 4. l. f. §. 4. ff. N. C. Stab. Præterea ad melius indagandam danni passi quantitatrem Judex aliquando, si necessitas hoc urgeat, & ipse aliter aestimare non possit, vid. l. 4. §. f. l. 5. §. & l. f. ff. de in lit. jurand. Juramentum in item veritatis aetori deferre potest l. 4. §. 1. ff. d. t. Stamm. de serv. person. l. 2. c. 16. n. 19. ut appareat, quanti revera intersit, & quanti secundum communem valorem res. e. g. in arca amissa inclusæ aestimari potuissent, was es unter Brüdern werth gewesen. l. 2. §. 1. ff. de in lit. jur. Ummius dissp. 20. tb. 7. n. 30. tb. 8. n. 30. Borcholt. tr. de in lit. jur. c. 2. n. 5. & 7. Juramentum enim affectionis tum demum locum habet, si non ex culpa quadam agatur, sed ex dolo ipsorum Nautarum, cauponum, vel stabulariorum l. 5. §. 3. ff. de in lit. jur. l. 6. ff. de R. V. Borch. d. tr. c. 5. n. 1. Struv. Ex. 8. tb. 118. quos alias jure meritoque suspectos putat Stamm. l. c. n. 44. seq. quia facile cum suribus colludere præsumuntur.

§. 48. In navigationibus sapissime ob imminens & præfens naufragii periculum summa sic urgente necessitate l. 2. pr. & §. 2. ff. ad L. Rhod. de jaet. levanda navis gratia mercium jactum fieri, vel quotidiana Experientia testis est. Unde Rhodiorum sive Rhodiensium lex navalis hodie adhuc recte observatur, ut Controversiae istæ nauticæ per Contributionem eorum, quorum merces servatae sunt, dirimantur,

tur, damnumque eorum, quorum res sunt jactæ, refarciantur. l.1. & 2. ff. d.t. *Dn. Struv.* Jrpr. l.3. t. 19. §. 12. & *S. J. C. Ex.* 20. tb. 16. *Franzk.* l.1. var. res. p. 419. *Stypm. d. tr. c. de L. Rhod.* ubi etiam certa requisita allegantur, quorum defectus alias restitutionem impedit. Quæ Contributio sive satisfactio (alias Avaria, à voc. *Hafen* dicta *Dn. Struv.* in *Jrpr.* d.l. *Brunnem.* in l.1. ff. b.) cum per Judicis aestimationem commodissime fiat, paucis nunc illustranda. Nimurum Magistratus omnes & amissas & servatas (exceptis cibariis l.2. §. 2. ff. eod. *Lauterbach.* p. m. 240. lit. O. quippe in quibus natura commerciorum deficit,) legitime taxare debet. *Schach.* in *Coll. pr.* p. m. 152. seqq. Et illarum quidem pretium quo emta, retinetur, nec cessantis lucri ratio attenditur l.2. §. 4. ff. b.t. ibique *Vinn.* p. 219. nisi, quod nonnulli Dd. consuetudine maritima nixi, putant, major pars navigationis confecta; tunc enim merces eo pretio aestimari debent, quo vendi loco destinato potuissent. *Dn. Brunn.* in *comm. add.* l. n. 12. Servatae vero aestimantur, quanti peritorum virorum arbitrio venire possunt. Tantum enim lucri ex eo revera habent, quod alter merces projecerit, ipse vero suas servaverit. *Dn. Struv.* Ex. 20. tb. 19. Unde gemmæ, annuli, vestimenta, licet parvi ponderis sint, in hanc collationem veniunt, nec quidem quantitatis, sed qualitatis potius & valoris habetur ratio. Viliores enim & graviores ideo ejecta censentur, ut pretiosiores serventur. *Brunn.* tit. l. n. 8. Hisce igitur rite computatis & aestimatis pro rato cuiuslibet contributio fieri, & Judex determinare debet, quantam summam quisque ex suis mercibus solvere teneatur. *Brunnem.* in *Par. Wesenb.* b.t. qu. 6. ita tamen, ut illis, quorum merces, exonerandæ navis causa in mare vel flumen jactæ, non quidem in solidum refarciantur damnum, sed in quantum deducta sua portione per ipsam jacturam intuitu aliorum convectorum paupe-

pauperiores facti, uti ex l. 1. l. 2. pr. l. 4. pr. & §. ult. b. t. prolixie demonstrat Dn. Struv. Ex. 20. tb. 20. sicuti nec illud damnum hic negligendum est, quod unus vel alter contribuentum ob nieres per fluctus valde deterioratas sentit, uti casum exhibet Dn. Brunn. in Comm. ad l. 4. pr. ff. b. t. n. 2. Dn. Struv. d. l. tb. 21. Præterea ex æquitate etiam hujusmodi contributio judicis arbitratru institui solet propter simile damnum in aliis casibus. e. g. si ob incendium periculosissimum domus aliqua, ne propter ædium contiguitatem ulterius vagetur ignis, ruinæ datur, & destruitur; tunc sane vicini proxime habitantes, & quorum ædes conservatae sunt; damnum uni datum emendare tenentur. arg. l. 2. pr. ff. ad L. Rhod. de jaf. Frantz. l. 1. var. resol. p. 414. scil. æstimatis à judice cuiuslibet facultatibus, quas dirinto hoc ædificio salvias obtinuere. Magn. Dn. Struv. in tr. de Ædif. priv. tb. 69. Grot. l. 2. c. 2. §. 6. n. 3. ibique D. Simon. si scil. is, cuius culpa incendium est exortum, non sit solvendo, nec damnum, ad quod regulariter ex L. Aquilia eslet obligatus, restituere nequeat, uti limitat Lauterb. ad L. Rhod. de jaf. in f. p. m. 241. ubi plures causas recenget. add. Dn. Struv. Ex. 20. tb. 27. & 28.

§. 49. Perflustratis nunc Contractibus, ubi judex ex veritate estimationis sua judicare solet, progrediendum nunc erit ulterius ad damna, quæ lædens læso resarcire tenetur. Hoc autem vel ex contractu, vel ex delicto infertur, & alias dicitur Interesse lucri vel utilitatis cessantis & damni emergentis. Monoch. l. 2. cent. 2. c. 122. Chil. König. in Proc. cap. vom Interesse, quod, quia jam in precedentibus passim ejus mentio facta, paucis nunc absolvemus. Sciendum autem est, illud, quod ab altero debetur, non quidem propter dolum (quoad hunc enim læsis præstito juramento in item Affectionis creditur simpliciter, & quidem ex odio adversus dolose agentes. l. 1. 2. §. 1. l. 8. ff. de in lit. jur. l. 68. ff. de R. V.

*l. 18. ff. de dol. mal. Gail. Tract. sing. de pignorat. c. 18. n. 1. sq.*  
*ubi etiam formula jurandi addita) sed propter culpam vel*  
*moram, judicis arbitrio taxari. Menoch. l. 2. de A. f. 2. c. 119.*  
*n. 6. quia interesse est incerta quantitas §. ult. I. & l. 68. ff. de*  
*V. O. §. 32. I. de Att. l. 24. ff. de R. J. neque sic debitores per*  
*iniquas liquidationes fallantur atque spolientur. Necesse*  
*aurem ante omnia, ut hic æque ac in aliis hujusmodi nego-*  
*tius se conformet dispositioni juris, & partium conventioni-*  
*bus. vid. l. 13. §. 23. ff. de att. emt.*

*§. 50. Quod si igitur res fungibles debitæ Brunn. ad*  
*l. 2. ff. de cond. tritic. n. 4. & 5. præter pecuniam numeratam.*  
*l. 1. pr. ff. d. t. Condictione triticiaria. Brunnem. in Parat.*  
*Wesenb. b. i. qu. 1. (qua) ideo jocose vocatur Franciscanorum*  
*actio, cum & hi omnia præter pecuniam accipient Magn. Dn.*  
*Stryk. in not. mss. ibid.) aestimatio petantur, vel quod res cul-*  
*pa debitoris, cum primis speciei, præstari nequeat. l. 82. §. 1.*  
*ff. de V. O. Christin. Vol. I. Decis. Belgic. 170. & 172. Magn. Dn.*  
*Struv. Jrpr. l. 3. t. 20. §. 2. add. supr. §. 15. & 16. b. c. vel quod*  
*ipse debitor statuto die non solvit. l. fin. ff. de condit. trit.*  
*sed in mora solvendi fuit. Dn. Struv. d. l. Lauterb. p. m. 213.*  
*lit. C. Judex ex l. 3. §. 2. ff. commod. in determinando distin-*  
*guat, an contractus sit unilateralis & stricti Juris arg. l. 99. ff.*  
*de V. O. an vero b. f., h. e. bilateralis, Lauterb. ad. tit. de pact.*  
*p. m. 45. in fin. in illis enim aestimatio semper fit secundum*  
*tempus litis contestatae, scil. quanti res usque ad hoc plurimi*  
*fuerit; in his vero usque ad tempus rei judicatae aestimatio*  
*extenditur. l. 3. ff. de cond. tritic. ibique Dn. Brunn. n. 1. inde*  
*judex aestimationis rationem habere debet, ita, ut quanti*  
*res unquam ab isto tempore plurimi fuit, debitorem con-*  
*demnet. arg. l. 37. in fin. ff mandat. l. 8. §. 1. ff. de cond. trit.*  
*l. 3. §. 3. ff. de att. emt. l. 3. ff. de Usur. Cravetta. Conf. 89. n. 4.*  
*Dn. Struv. Ex. 18. tb. 64. In casu enim, quo habetur ratio*

inter-

( 91 )

interesse, seu aestimationis officio judicis, illud crescere potest, quo usque officium durat, scil. non solum ad sententiam, sed & ad ejus executionem. vid. *Munoz. de Escob. de R. A. t. 17. n. 13.* Quoniam etiam in stricti juris judiciis §. 33. I. de action. l. 2. §. 1. l. 7. ff. de eo quod cert. contrahi solet, ut solutio debiti in certo loco fiat, inde facile constat, quod si promissor data opera emanet, creditor lucrum celsans per aestimationem judicis exigere queat secundum modum, quem exhibit *Dn. Schach. in C. Pr. p. m. 145. P. P.* Liquidat demnach Kläger sein habendes interesse &c. was ihm daran gelegen ist und will dem Richterl. Amte hiermit anheim gestellet und nach Gelegenheit diffalls übergeben haben/ wie das angezogene Interesse zu moderieren &c. quo casu judex aequitatem cum primis observare necesse habet. l. 4. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. ita ut nec interesse Rei negligatur, quod Idem *Dn. Schach. ibid. indicat in f. cit. p.* Dabey denn Kläger protestirt/ dass er dem Reo sein interesse solutionis nicht nehmen/ sondern gerne gönnen wolle.

§. 51. Cum primis vero quoad interesse intrinsecum qualitates personæ examinet. Ad illius enim probationem conjectura simplices non sufficiunt, sed illæ demum, quæ admodum verisimiles, imo propter defectum contrarietas liquidissimæ probationes sunt *juxt. Gloss. in l. 2. ff. de excus. tut.* Unde in aestimando hoc lucro cessante Judex debet certus esse, quod Creditor, qui hactenus negotiari solitus, tantum potuerit lucrari, si debito tempore & loco solutio facta fuisset, conf. *Dd. quos collegit Arnold. de Reyber. voc. Interesse. n. 31. & 35.* Quod etiam prolixè deducit *Munoz. de Escob. de R. A. c. 15. n. 19.* Sitamen Judex in ipsa aestimatione dubius hæreat, Juramentum in item ab actore depositare potest l. 3. l. 5. §. 3. ff. de in lit. jur. add. *Munoz. de Esc. l. c. n. 18. Richt. 2. Conf. 229. Dn. Struv. Jrpr. l. 1. t. 21. §. 3.* Præterea etiam

iam videatur *Corneus Vol. 4. Conf. 318. in fin.*, qui in specie modum interesse rei alicujus fungibilis estimandi ostendit. Exemplo res fiet clarior. Nam si emtor contra venditorem, qui rem, quam tamen potest tradere, recusat, propter moram agat, Judex regulariter estimabit interesse ex utilitate emtoris intercepta. *l. i. ii. §. 9. l. 12. ff. l. 4. 10. C. de act. cmt. l. 17. C. de fid. instrum. Mynsing. 1. O. 53. scil. circa rem, non extra rem l. 21. §. 3. ff. de act. cmt. ibique Dn. Brunn. n. 83. Gail. 2. O. 6. n. 2. nisi quatenus ex impedita negotiatione Emotoris certum interesse extrinsecum appareret, tunc enim ex aequitate etiam estimatur a judice, ut pluribus confirmat Gail. d. l. n. 4. & 5. Item, si res vendita sit vitiosa, quam tamen emtor credidit sanam *l. 1. §. 1. in fin. ff. de act. cmt. Lauterb. p. m. 411. seq. Dn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 20. §. 5. & 7.* vel fundus aliquis liber, vel optimus maximus venditus, qui tamen postea servitutibus aliisque oneribus maxime gravatus est *Jason. ad l. 1. §. 16. ff. ad Trebell. n. 5. Dn. Struv. c. l. t. n. 1. §. 9.* Tunc Judex estimabit omne interesse emtoris, si venditor sciverit vitium. *d. l. 1. l. 13. pr. l. 39. ff. cod. Dn. Brunn. ad d. l. 13. n. 1. & ad l. 21. §. 1. ff. cod. Struv. Ex. 27. tb. 5.* eo enim ipso dolole frustratus est intentionem & spem eamentis. *Lauterb. p. m. 357. seq. secus, si itidem nesciverit, tunc enim tantummodo emergens damnum considerari debet l. 21. §. 2. ff. de act. cmt. vend. scil. quanti minoris ob vitium latens, cum veniret, datum fuisset ab emtore l. 18. pr. l. 44. §. 2. ff. & l. 2. C. de Aedil. Ed. l. 25. §. 1. de Exc. rei jud. Christian. v. 2. Dec. Belg. 69. conf. Lauterb. tit. de Aedil. E. p. m. 43.* Debet enim, uti communiter inter res commutandas, ita & hic inter rem emtam & mercudem adesse aequalitas. *l. 1. pr. ff. de C. E. V. ibique Gotthofr. l. 1. §. ff. de Aedil. Edic. Vultej. in Jrpr. c. 44. n. 25. in f. & eleg. Mediatat. Aedilit. Dn. J. W. Rovensbruncks de Judicio Equestris, qui per omnia huic materia satisfecit. Quod etiam interesse**

intrin-

intrinsecum attenditur, si ipse Judex ex officio servitutem imponit fundo alterius, forte, quia vicinus in suum agrum aliter venire non potest. arg. l. pen. ff. si serv. vind. l. 44, §. 5fn. ff. de leg. l. 15. §. 1. ff. de usuf. leg. l. 14. §. 1. ff. quemad. serv. am. Dn. Struv. Ex. 13. tb. 29.

§. 52. Interesse quoque aestimatur, si quis ab animali irrationali mansveto l. 1. §. 10. ff. si quad. paup. fec. sine hominis facto concurrente pauperior redditur, ideoque istius Dominum convenient, ut scil. animal vel noxæ dedat, (in cuius locum tamen in terris Sax. expulsio introducta. Carpz. pr. Cr. p. i. q. 13. n. 20.) vel danni aestimationem praestet. t.t. ff. si qu. paup. fec. conf. Phil. l. 4. I. Ecl. 63. Et quidem, si homo liber ab animali laesus vel debilitatus sit, ratio tam curationis, quam operarum amissarum, vel quibus cariturus est, habetur. l. 3. ff. b. Colcr. p. i. dec. 168. n. 7. Thome in eleg. tr. de Nox. Animal. c. 9. & 10. Si vero rebus damnum fuit illum. e. g. Frumentum in plantis nondum fructiferis est corruptum. Paul. Fuscus in singul. verb. damnum. n. 3. Thom. c. tr. Solchen Schaden muss Kläger/ secundum J. Sax. statutum aestimiren/ Beklagter aber mit seinem Eyd mindern/ wo er das nicht thut/ ist er zu bezahlen schuldig juxt. Glosf. Land R. l. 3. 4. 4. Cbil. König. in pract. c. 136. n. 5. interim de actionibus diversimode instituendis. vid. Dn. Struv. Ex. 14. tb. 3.

§. 53. Nec minus etiam per judicem damnum reparatur, quod ab homine injuria h. c. contra jus, dolo vel culpa §. 2. 3. I. de L. Aquil. l. 5. §. 1. l. 44. ff. eod. datur. Schaden/ die einem durch eines andern Verwahrlosung wiederfahren Dn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 23. §. 19. Cum enim per rei alicujus corruptionem patrimonium frivole diminuat, ideo actio l. Aquil. introducta. l. 1. ff. d. t. qua mediante id, quod quis amissit, debito modo recipere possit. Comprehendit autem hæc aestimatio omne interesse pecuniarium §. 10. I. ad L. Aquil.

quid. l. 21. §. f. & LL. segg. ff. cod. Brunn. in Par. Wef. b. q. 12.  
 Scilicet, si ex primo capite de servo vel quadrupede occisis a-  
 gatur, tanti aestimari solet, quanti in eo anno retrorsum com-  
 putato l. 21. §. 1. ff. b. res plurimi fuit. §. 9. I. ad L. Aqu. l. 2. l. 23.  
 §. 3. ff. cod. secundum mores hodiernos vero, quanti res cor-  
 rupta eo ipso die, quo periret, communis loci istius aestimatio-  
 ne valuit. l. 21. & 23. ff. d. r. Brunn. l. c. q. 13. Dn. Struv. Ex. 14.  
 tb. 25. In tertio capite, ubi scil. propter omnem aliam rem  
 iustam, fractam, vel alio modo corruptam, vel ob laesum cor-  
 poris membrum agitur. §. 13. I. l. 40. ff. cit. tit. Brunn. in P.  
 Wef. cod. qu. 19. sciendum est, quod res inanimata Jure Di-  
 gest. aestimetur, quanti in diebus 30. proximis valuit. §. 14. I.  
 l. 27. §. 5. ff. ad L. Aquil. animata vero, quanti plurimi fuit eo  
 anno continuo l. 2. l. 21. 51. §. 1. ff. cod. Quam tamen tem-  
 poris computationem hodie non observari, sed rem quam-  
 libet secundum valorem & pretium, cuius revera fuit tem-  
 pore interitus, seu de praesenti taxari, tradunt Schneid. ad. I.  
 b. t. §. 11. n. 9. & ad tit. de abt. §. 23. n. 16. 17. Struv. Ex. 14. tb.  
 25. Lauterb. p. m. 145. lit. O.

§. 54. Si damnum in specie personæ datum, & ali-  
 quis vel quoad animum ab alio corruptus, Struv. Jrpr. l.  
 3. t. 24. §. 6. & Dd. ad tit. ff. de serv. corrupt. vel, quod magis  
 frequens delictum est, facto alterius in patrimonio suo laesus  
 fuerit, judex omnino aestimabit quam studiosissime, quantum  
 vel ipsi laeso, vel ei, cuius interest restituendum sit. §. 7. I. de  
 Injur. Et sane in laesione personæ non tam ad ipsum mem-  
 brum, quam ad personam, an dignitate singulari, & nobilita-  
 te gaudeat, videndum est. §. 9. I. de Injur. quemadmodum  
 enim existimatio seu famæ status pro dignitate major est, ita  
 ejus laesio severius etiam vindicari debet. Magn. Dn. Stryk.  
 in Coll. mss. ad Struv. Jrpr. l. 1. t. 13. §. 4. Subjectum itaque  
 tam inferens, quam cui infertur, activum & passivum, consi-  
 deran-

derandum est. Scilicet, an quis in majori dignitate constitutus lœdatur à constituto in minori d. §. 9. & l. 35. ff. de In-  
jnr. Clericus à Laico, cum primis inter administrandum  
sacra ; Rector Universitatis, qui principis loco est, à quocun-  
que ; Menoch. de A. J. Q. l. 2. c. 263. n. 16. Studiosus à plebe-  
jo homine &c. ubi specialiter notandum, quod studiorum  
amantisimus quondam, nunc Beatissimus Academiae Tü-  
bingensis Fundator, Musarum Asseclas, qui plerumque amo-  
re scientiae exules facti, & malorum hominum in iuriis expo-  
siti, ob justissimam studiorum, (ut vocatur in l. 28. pr. ff. ex  
qu. caus. maj. causam) sanctos esse & haberi voluerit ; Inde  
etiam in Privil. Univers. §. deshalben. sgg. fancivit, Studio-  
rum violatores ultra poenam communem adhuc sum-  
mam 100. flor. absque ulla contradictione exsolvi  
debere. Membra quod attinet, hæc pro sua excellentia &  
utilitate in personis taxari solent, testantibus Scab. Lips. pra-  
judiciis, ubi scil. ad Cons. T. D. 1600. M. Sept. pronuncia-  
runt : Und ist N. das ausgestochene Auge mit 100. fl. zu ver-  
büßen schuldig. V. R. W. & ad Requis. Quæst. Torg. 1628.  
M. Sept. cuidam 50. flor. qui scriba pollicem in manu dextra  
absciderat. it. A. 1602. M. Mart. alii, qui figulo Grimmae auri-  
cularum manus dextræ mutilaverat, 12. fl. Rhen. cum semisse  
ex solvendos dictaverunt.

§. 55. Videtur quidein J. Sax. judicis aestimatio in  
hujusmodi injuriis realibus cœlare per tx. in Land R. l. 2.  
4. 16. ibi : Gl. & add. ubi in gl. 5. dicitur Wer einen aus  
Feevel und Vorsatz lähm̄t/man soll dem Thäter die Hand ab-  
schlagen. Quod in omnibus vulneribus atrocioribus  
(kampfbahren Wunden) locum habet. Verum hæc Juris  
dispositio procedit tantum, si à lesso criminaliter agatur,  
tunc enim poena illa irrogari debet, vid. informat. auf  
Der und Erbgerichte von Brüchen &c. vers. ohne Fleisch-  
wun-

wunden. post Spec. Sax. f. 565. ita tamen, ut secundum Dd. opinionem actor prius reo de mortis periculo caveat, licet in & per se non sit capitalis pena. *Suevus in Synops. pr. Cr. p. 3. q. 129. n. 3.* Secus igitur, si civiliter agatur, h. e. ad Emen-dam, s. multilati membra valorem. *Carpz. pr. Cr. p. 2. q. 109. n. 8. & Schultz. in Syri. Ins. t. de Injur. p. 482.* Hoc enim ca-su læsus quidem ipse taxat injuriam, per *Const. El. Augusti 42. p. 4.* sed tamen ista summa liquidata æque, ac in verba-li injuria fieri solet *Phil. ad I. 4. Ecl. 40. Vinn. ad §. 7. I. de Injur.* arbitrio & discretioni judicis committitur, scil. ut vel iterum actori deserat juramentum, vel etiam, volente sic a-store, secundum proprium arbitrium determinet quantita-tem, à reo exsolvendam. *Gail. 2. O. 102. n. 8. sqq. Phil. d. t. Ecl. 30. n. 10.* Ubi judici incumbit corpus injuriati lustrare, quod innuit JCrus in *I. 2. ff. de feriis. ibi: ut aspectu &c. Dn. Stryk. de J. Sens. diff. I. c. 1. n. 30.* omnes circumstantias bene ponderare, atque damnum secundum gravitatem dolorum operasque impeditas æstimare debet. *§. 7. & 9. I. de Injur.*

§. 56. In hac igitur: damni æstimatione etiam ope-ras æstimari debere, patet ex *I. 3. ff. si quadr. paup. h. e. o-* mne id, quod per totum infirmitatis tempus labore suo ad-quirere potuisset *Besold. v. 5. Conf. 23. n. 22. Farinac. t. 14. q. 119. n. 117.* ubi quidem circa personam attendendum est robur, ætas, industria, & aliae qualitates, *I. 26. §. 12. ff. de cond. indeb. Petr. Surd. de Alim. t. 6. q. 14. n. 21.* Ætatis cum primis ratio habetur in casu, ubi quis tantis vulneribus affectus est, ut sibi victimum & amictum corpore suo parare, plane inhabi-tis factus; *Gloss. ad d. I. 3. v. impensarum. Besold. in Thes. verb. Abtrag.* ubi notat, in supremo Dicast. Würtenb. 1610. M. Mart. quinquagenario, qui ob vulnus in capite inutilis factus fuerat, ut sine bacillo vix ambulare potuerit, pro operis qui-bus caruit, & caritatus erat, cum expensis adjudicatas fuisse

723. libras. Eodem etiam anno & mens. cūdam Altorphii  
juveni 20. ann. pro vulnere in capite, cuius causa expedite  
loqui non potuit, adjudicatos ait 700. florenos.

S. 57. Cautiones seu satisfactiones *l. i. pr. ff. qui sat. cog.* (Germ. *Ver sicherung / Vorstand*) per quas alii (Creditores vel adversarii) securi redduntur, à judice æstimari & utile est & necessarium. Et earum quidem communiter tria sunt genera. Præstantur quippe vel (1) datis fidejussoribus, vel (2) pignoribus vel (3) Juramento. *Zaf. Par. adt. ff. qui sat. cog.* ex quibus tamen duo priora nostro instituto potissimum inserviunt. Sive enim fidejussores, sive pignora desiderentur, in utroque tamen casu Judex observare debet, ut satisfacio æquipolleat negotio. *l. 21. §. f. ff. de const. pec. Carpz. Proc. t. 9. a. 5. n. 42. 44.* In priori enim casu non omnes personæ indifferenter admittendæ sunt, sed illæ saltem, quæ idoneæ reperiuntur. *l. 9. ff. qui sat. cog. scil. tam ex facultatibus, quam conveniendi facilitate l. i. §. 2. pr. ff. cod. l. 134. §. 2. ff. de V. S. Job. Zang. de Except. c. 21. n. 18. Struv. Ex. 5. tb. 23.* quibus consideratis circumstantiis Judex ratione cautionis se ipsum securum reddit, si quando penes fidejussorem tantam bonorum partem esse sciat, quanta ad rem incertam & indefinitam *l. i. ff. qui sat. cog. l. 7. ff. de pret. stip. Struv. Ex. 5. tb. 21.* probabiliter necessaria creditur. Exempla nobis præbent omnes Cautiones prætoria *d. l. 7. Carpz. p. 1. c. 5. d. 8. Lauterb. t. ff. qui sat. cog. inf. ubi plur.* Posteriori casu sive pignorain bonis immobilibus, sive mobilibus pretiosis consistant, videndum est judici, ut pro qualitate & magnitudine causæ sint sufficientia *l. 21. §. f. ff. de const. pec.* ita ut verum cautionis quantum attingant, prout ex claro tx. O. Proc. Sax. Elect. t. 13. §. Wie hoch aber ic ibi: Der Vorstand muß nach

der Sachen und Person Gelegenheit astimaret werden n. probat *Carpz. Proc. t. 9. a. 5. n. 42. seqq.*

S. 58. Synonymiam Emenda (v. §. 55. b.) & Multa, quam nonnulli statuunt, cum primis J. Sax. falsam esse, patet ex G. Land R. a. 64. ibi : Emenda (Busse) ab emendare (bessern) descendit, quod sc. homini læso per eandem satisfiat ; Multa v. sign. gewette ab antiquo Wette / welches so viel heist als wehe thun. Dann damit thut man denen umbändigen und ungezogenen Leuten wehe. Indicatur enim hæc ob interesse publ. l. 51. §. 2. vers. multaff. ad L. Aqu. & nihil aliud est, quam poena (quamvis etiam in aliquibus differre tradant. P. Theod. Concl. Cr. d. 13. tb. 28. *Carpz. pr. Cr. q. 34. n. 16.*) Criminalis l. 2. §. f. ff. de publ. jud. arg. l. 5. C. demod. mult. l. 1. C. fidej. *Thom. de Nox. An. c. 29. n. 31. seq. Menoch. de A. I. Q. l. 1. c. 74. n. 9. seq. Farinac. l. 1. Cr. t. 3. q. 18. n. 46.* arbitraria, h. e. quam Judex in delictis arbitrariis *Carpz. d. l. q. 130. n. 4.* pro arbitrio imponit, quando scil. poena certa à lege non est expressa & determinata. l. 1. §. 1. ff. de effract. l. 11. pr. l. 13. ff. de pen. *Gail. l. 1. O. 87. num. 1. add. late Carpzov. Pr. Cr. qu. 133.* Scilicet secundum varietatem temporis, loci, (quod communiter est delicti *Franck. de Laudem. c. 7. n. 112.* personarum l. ult. C. de mod. mult. poena vel major vel minor imponitur, si delictum poenæ statuto vel lege expressæ, non conveniat. l. 4. §. 1. ff. de int. ruin. l. 11. pr. l. 16. pr. §. 1. ff. de pen. *Mencken. in add. ad Magn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 9. §. 2.* Unde recte dicitur, quod poena legis per judicem minui vel mutari possit *Socin. reg. 239.* Quemadmodum autem omnis poena commensuranda est delicto. *Raud. in Annal. l. 1. c. 34. n. 91. Carpz. q. 51. n. 50. q. 54. n. 21. q. 102. n. 1. & 93.* quia hujus qualitas ex illa cognosci debet. *Möller. l. 1. semest. c. 37. n. 8.* ita quilibet Magistratus inferior secundum potestatem, quam in dictandis multis habet, (Jure n. Sax. sumimam 3. vel

vel 4. sexagenis novis majorem irrogare nequeunt. *Capz. pr. Cr. p. 1. q. 70. n. 49. & p. 3. q. 109. n. 63.* pro qualitate circumstantiarum easdem dicere, nec quaestus inhonestos querere debent *Klock. v. 3. conf. 185. n. 31.* Sunt enim, qui teste *Wurmsero intr. de J. agrat. lib. 4.* Chirurgis haud sunt dissimiles; Sicut enim illi multis hominum vulneribus gaudent: ita hi plurimis rusticorum delictis, ut *Demones ipsi*, (pro dolor!) latantur, inique sapientes dicentes: Es haben die Geldbüschen dīß Jahr über Gott sey Lob und Dank! ein ehrliches eingetragen. De quo perverso & malitioso iudicium Criminalium more gravissime conqueritur *Parthen. in litig. l. 1. c. 14. n. 3.* his verbis: Certe illa vox est non hominis, sed bovis, nudum Christiani; o tempora, o mores!

§. 50 Ubiunque igitur poena neque ex lege, neque ex statuto aut consuetudine aliqua certò sunt definitæ, arbitrarria animadversio locum habet. *J. Menoch. de A. J. Q. l. 1. q. 86. n. 8. plr. quos alleg. Carpz. Proc. t. 5. a. 7. n. 47.* Ex quibus pro instituti ratione pauca exempla adducere opera premium erit, scil. ubi delicta certa pecuniae summa vindicantur. Numirum sublata per dispositionem *J. Can.*, & mores infamiae poena *Lauterb. tit. de his qui not. infam. p. 61. lit. Rn. 4.* hodie nuptiae festinatae arbitrarie coercentur *Carpz. Jrpr. Conf. l. 2. d. 162. n. 3.* *Rittersh. in diff. J. C. & C. l. 2. c. 5.* Sic Medici circumforanei (*Marcßdreyer*) qui misella plebi pharmaca vendidant inutilia, à Magistratu extra ordinem puniuntur. *arg. l. f. ff. de extr. Crim. Zaccb. in Qu. Med. LL. l. 6. q. 1. sq. A. Matth. de Crim. t. 5. c. 4. n. 4. Simon. van Leven Cens. for. c. 20.* Item: temere litigantes, scil. si actor in iudicio plus petat *vid. que supr. in preōm. not. add. pr. I. de pān. tem. lit. §. 23. I. de action. de cuius observantia testatur J. E. Noric. in add. ad d. pr.* Judex eriam Causidicorum s. Advo- catorum poenas aestimat, si scil. clientem vel alium aliquem

instruunt ad aliquid dicendum vel respondendum, quod verum non est. *Carpz. p. 1. c. 1. d. 19.* ubi hanc malitiam vocat Diabolicam; aut causam penitus produnt. *Dn. Struv. Jrpr. l. 3. t. 24. §. 4. n. 7.* aut minimum pacem publicam quietemque privatam per injurias vel ipsi judici, vel etiam collitigatori illatas turbare student. Quod quidem delictum de J. Civ. olim poena infamiae *l. 6. §. 1. C. de postul. Bocer. cl. 6. disp. 7. tb. 47.* & linguae præscissione coërcebatur: verum utraque Carpzovio admodum dura vila, unde in *Jrpr. For. p. 1. c. 1. d. 19. n. 8.* monet, judices debere Advocatos ob convivitia & aspergines objurgare & compescere, iisdemque mulctam dictare, pro diversitate scil. facti & personarum. *l. 4. §. 1. ff. de inc. ruin. & naufr.* Quod & in foro Würtenb. observari constat ex *t. 17. B. Land R. §. Ferner.*

§. 60. Ad poenas pecuniarias etiam nonnulli referunt Litium expensas, quasi ob interesse publicum victus vitori c. fidem. de dol. & contum. *Dn. Carpz. Proc. t. 24. a. 1. n. 3. Scob. Medic. reg. 7. & fall. ibid. de R. J. Scrab. in priv. l. 3. de privil. Jur. n. 1. t. 3. & 4. 12. 35. 36. condamnetur; verum hoc ipsum falso illorum judicio negandum potius videtur propter c. f. X. de Rescr. in f. ibi: *Adversariis immoderatis expensis & dannis, que propter hoc eos pertulisse confiterit, condamnetur.* Ideo enim ad interesse privatum, non ad poenam proprie sic dictam referenda erit haec condemnatio, quia, si litigatoris calumnia clarescat *Mev. p. 3. decif. 128.* ad servandam indemnitatem fit. *§. 1. I. de pan. tem. lit.* quamvis non negetur, eandem respectu condemnati poena nomen sortiri, *Afin. in aur. pr. c. 27. §. 32.* quia hoc ipso temeritas & malitia coërcetur. *l. 79. pr. ff. de judic.* Differt enim expensarum condemnatio ab earundem taxatione, haec enim est demonstratio & declaratio ejus quantitatis, quæ in condemnationem deducitur. *l. 41. §. 1. ff. de leg. t. l. 2. in f. C. de act.*  
emt.*

emt. l. 6. inf. C. si quis alt. &c. Besold. in Thef. b. v. ubi plr.  
 In hoc igitur expensarum punto judex non minorem, quam  
 in ipsa causa principali debet adhibere curam, alias enim ex  
 facilis innocens laedi potest. Et voluntarias quidem sive de-  
 licatas. l. 25. in f. ff. de pign. act. Gail. i. O. 51. pr. Umm. ad  
 Proc. jud. diff. 22. tb. 6. n. 16. separanda sunt à necessariis  
 (Gerichtsstellung) de quarum denominatione varià vid.  
 Umm. c. l. num. 15. Hæ enim, non illæ refundenda veniunt,  
 quia principaliter juris consequendi gratia in judicio factæ  
 censentur l. 13. §. 2. vers. fin. a. & §. 6. l. 15. C. de judic. in-  
 deque revera damnum sunt, cum patrimonium innocentis  
 minuant l. 5. ff. de imp. in res dot. Rebuff. in pref. repet. in l.  
 un. C. de sent. qua pro &c. Hinc etiam in Concepto O. Camer.  
 renov. p. 3. t. 59. §. 9. Assessoribus Cam. Imp. sevère injungi-  
 tur, ut non obvige nec absque sufficienti causa (quas ordine  
 recenset. Heinr. Temm. n. de Expens. lit. c. 9. sect. 1. sq.) ex-  
 penses compensent, vel plane condonent, ut potius moder-  
 atio earum majorem, quam in annis præteritis factum, cu-  
 ram habeant, ne illæ ad leviorem, sed ad veram & congruam  
 sumimam, juxta qualitatem causa decernantur. Sed Qu.  
 An., quæ in pr. b. §. posuimus, victum victori in expensas  
 condemnari, firma semper sint & inflexibilia? Neutiquam;  
 Nam ob certas causas, quas Temmen. l. c. sect. 1. 2. 4. sq. plu-  
 ribus pertractat, hoc axioma suas exceptiones patitur, juxta  
 Paulum in l. 1. ff. de R. 7. ibique Gothofr. lit. b. & vietus à re-  
 fusione expensarum liberatur. Decius in l. 42. ff. de R. 7. à  
 n. 7. ad fin. Carpz. in Proc. t. 24. a. i. n. 36. & seq. Interim  
 multas notabb. doctrinas circa hanc materiam collegit Petr.  
 de Raven. in Aur. suo alphab. v. Expensa.

§. 61. Si quando autem expensæ victori à victo refun-  
 dendæ sunt, hoc prius non sit, quam ab illo designatas Judex  
 fuerit moderatus. Menoch. v. 1. Concl. 76. n. 9. alias enim in

infinitum possent extendi Autb. post. *jusjurandum* c. de *judic.* Requiritur itaque I. à parte Liquidatio vid. *Carpz. Proc.* t. 24. a. 3. *Mascard.* v. 2. *Concl.* 710. n. 12. II. Sequitur earum per sententiam taxatio, ideo necessaria, ut excessus ex bono & æquo tollatur, & certa quantitas determinetur. *Vultej.* de *Jud.* l. 2. c. 11. n. 45. *Gail.* l. 1. O. 151. n. 10. *Conf. El. Sax.* 31. p. 1. *Ord. Proc.* t. 36. *Carpz. Proc.* t. 24. a. 3. §. 1. n. 4. Notandum autem, quod statim, & ex quo designation expensarum edita, ejus copia, juxtimque brevis terminus victo, ad proferendum, si quid ad veritatem vel taxationem faciens proferre habeat, decernatur. l. 47. ff. de *re judic.* *Mev.* p. 2. dec. 359. *Umm. in Proc. diff.* 22. n. 37. & 38. O. *Proc. E. Sax.* t. 36. §. *Wanu* nun, ibi: Und solche designation auf vorhergehende Ladung gerichtlichen einbringen/damit das andere Theil darauf verfahren &c. Postquam enim hujus responsio auditæ, judici demum incumbit, partes sic petente *Tennen.* d. tr. p. m. 299. expensas taxare ac moderari. *Carpz.* t. 24. a. 3. n. 38.

§. 62. Quare autem liquidationes expensarum estimationi judicis subsint, docet *Carpz. l.c. n. 5.* Si enim, inquit, nudo victoris asserto de sumtibus expensis credendum foret, bone DEUS, quam late aperiretur fenestra malitia hominum praefactæ frontis, qui nunquam non immensas & intolerabiles expensas exhibituri essent. Quapropter, ne victi plus æquo graventur *Gail.* l. O. 151. n. 11. jure constitutum reperitur, expensas arbitrio discreti judicis subjici debere, quia propter circumstantiarum diversitatem utplurimum sunt incerta quantitas §. 32. I. de *Act.* l. 25. in f. ff. de *pign. act.* l. 15. cum *Autb.* seq. C. de *judic.* Nov. 82. c. 10. ca. 1. de *rest. spoliat.* *Koepen.* qu. illusfr. 3. n. 21. *Ord. Pr. El. Sax.* t. 36. §. Und wiewohl ibi: wird das Verck allermeist in des Richters discretion und Bescheidenheit gesetzet / weil wegen Unsicherheit der

der Sachen und Personen keine gewisse Regul zu geben. e.g.  
si dives liquidaverit contra pauperem, rusticus contra nobi-  
lem, vel viceversa; quos causas exhibet *Carpz.* in Proc. t. 24. a.  
4. n. 8. g. ibique cit. *Moller.* add. Ord. Pr. El. Sax. cit. t. 36. §. fin.  
*ibi:* Man soll auch die Belehrung &c. Taxationem excipit III.  
Juramentum partis. Quod quidem de Jure communii o-  
lim præcedebat. cit. l. 15. C. de judic. hodie tamen, si hōc opus  
est, (nam aliquando etiam absque juramento easdem mo-  
derari posse, patet ex formulis, quas annexit Proc. suo  
*Carpz.* cap. 15.) semper subsequitur, Antb. post jusjurandum.  
*C. cod.* Nov. 82. c. 10. Ord. Cam. p. 3. t. 50. Imperator enim per-  
juriis obstruere voluit, notante *Siehard.* add. *Antb.* *Coler.* de  
Proc. Exec. p. 3. c. 9. n. 102. seq. Necesse igitur est, ut mode-  
ratio præcedat *Mascard.* v. 2. concl. 718. n. 4. *Gail.* l. 1. O. 151.  
n. 11. & l. 2. O. 102. n. 11. *Coler.* p. 1. Dec. 234. n. 1. seq. *Rothschütz.*  
*Proc.* p. 1. a. 43. n. 4. *Schneidew.* ad §. 7. I. de Injur. n. 5. Formu-  
las juramenti vid. ap. *Carpzov.* Proc. t. 24. a. 3. §. 2.

§. 63. Progredimur nunc ad Salaria personarum, quas  
vel officiorum, vel alias boni publici curæ distringunt, o-  
stensuri, quatenus estimationi judicis subjiciantur. Et hæc  
quidem iisdem recte deberi, eo minus dubitatur, quo ma-  
gis verum est, merita suis constare premiis; inde etiam di-  
cuntur honoraria & solatia. l. 4. §. 1. C. de Advoc. dix. jud. l. 15.  
§. 1. C. cod. *Carpz.* p. 3. dec. 264. n. 20. Nonne enim quilibet  
operarius dignus est mercede sua? 1. *Timoth.* V. 18. *Rom.* IV.  
cum & natura lege is, qui sentit onus, etiam sentire debeat  
honorem. l. 10. de R. I. & absurdum aliis sit, pro magno la-  
bore defraudari præmio. arg. l. 16. C. de omn. agr. def. Nov. 82.  
c. 9. Ne tamen sub specie laboris remunerandi turpi de-  
pectione contra bonos mores homines spolientur, nec vi-  
ceversa laborantibus debita merces mercedulae specie de-  
negetur. *Gothafr.* de Salar. c. 7. ib. 1. Judex omnibus, quibus  
com.

competunt *salaria*, ex bono & aequo determinare debet. Quod enim attinet *Assessores*, qui alias judicium Consiliarii dicuntur *l. 1. ff. & l. 7. C. de Assess. Struv. Ex. 4. tb. 46.* eorum *salarium à partibus debitum Schneider. ad §. 24. I. de action.* pro formanda sententia, vel alio actu judiciali secundum arbitrium aestimat. *l. 1. §. 8. ff. de var. & extraord. cogn. Speculat. tit. de Assess. §. Salarium. num. 2. Wilb. Ant. de Freudenb. de Rescript. Morat. t. 7. concl. 44. n. 42. Brunnem. in C.p. 69.* De *Advocatis* clara sunt verba in *Ord. Proc. Elect. Sax. t. 36.* §. zum dritten, ibi: Der *Advocaten Belohnung soll nach Gelegenheit der Personen/ der Zeit/ ihrer gehabten Müh/ an gewendtes Fleisces/ und anderer Umstände ex bono & aequo moderiret &c. Carpz. Proc. t. 24. A. 4. n. 18. Card. Tusch. tom. 7. verb. *Salarium. Concl. 7. n. 14. Feder de Senis Conf. 718. n. 1. Jac. Ayer. in Proc. c. 1. Obs. 7. Scilicet si nihil certi per conventionem fuerit promissum. Lauterb. tit. de postul. p. m. 60.* ibique alleg. *Dd. Dn. Struv. Ex. 50. tb. 86.* pro modo laborum decernere debet. *Guido Papa Decis. 190. Menoch. de A. J. 2. l. 2. c. 3. c. 144.**

§. 64. Tandem etiam pauca annexanda sunt de Honorariis Actuariorum, Notariorum, Graphariorum, aliarumque personarum, *l. 2. ff. rem pup. salv. ibique Gotbofr. Rubr. & l. 3. 5. & 8. C. de Assess. Rubr. & l. 1. C. de Tabul. l. f. C. de Appar. Pref. Prat. & l. 12. §. 1. C. de prox. sacr. seriz. c. n. X. de hered.* que publice operas suas impendunt, actaque iudiciorum, & quae in foro geruntur, fideliter conscribunt, designant, & in judicii scrinio ex officio conservant, eum in finem, ut si de hoc aut illo judicialiter peracto notitia à partibus expetatur, pro certo salario acta cum ipsis communicant, *vid. Late Berlich. p. 1. concl. 8. Rosbach. Proc. jud. Civ. t. 8. nam αντίδωγα propter operas recte debetur propter l. 7. ff. test. quem. aper. l. 29. ff. ex quib. caus. maj. unde & variaz Principum*

cipum Constitutiones habentur, quibus id ipsum fuit determinatum, vid. Elect. Mauriti 1543. ausgegebene Taxa de Cantsley Gebühren. it. Leipziger Ober-Hofgerichts-Ord. 1554. tit. von den Sportulis &c. Quæ quidem Arbitrium judicis recte excludunt, v. supr. c. i. §. 6. In illis tamen iudiciis, ubi certa quantitas non est definita, à Magistratu æstimatio honorariorum unice instituitur. Cum enim pecuniae aviditas hodie adeo creverit, ut plerumque ex misellis Rusticis plus æquo exigatur, ideo iudici ponderandum relinquitur, quantum pro quolibet actu & scriptura à parte debeatur, maxime ubi advertit, actorum lineas tanto inter se intervallo distare, ut cuiilibet altera vel duæ interseri potuerint, præterquam quod paginae dimidia pars vacuo tributa (der Bogen halb gebrochen) quod ironice vulgus enunciat, Actenweise geschrieben. Heinr. Temmen. de Exp. lit. c. 3. sect. 1. n. 63. qui & n. sq. ex Schwanman. Obs. Cam. 178. n. 7. addit, quod juxta Ord. Cam. Imp. p. 2. t. 34. §. 9. und nach dem x. in calce actorum, quæ in causis Appellationum ad Cam. Imp. transportanda eduntur, pretium à parte solurum adscribi necessum sit, ut illud, si iniquum, adhuc æstimetur, & is, qui ultra, quam consuetudo vel ratio permittit, injuste accepit, ad ejus restitutionem (de poena vid. Menoch. de A. J. Q. c. 514. n. 7. C. Manz. Decis. Palat. q. 76. Brunn. in C. p. 56.) compellatur. Legitima quippe & moderata debet esse sportularum quantitas, l. 29. §. 1. C. de Episc. Aud. ibique Gothofr. Interim vid. A. de Reyber. in Thes. v. Sportula, ubi cum cit. Manzio, valde improbat consuetudinem, quæ Taxa sportularum in partem salarii Officialibus imputatur, simul deplorans miseram litigantium sortem, ob immodicam & in foro frequentissimam earum exactionem. add. plur. ibi alleg. Dd.

# ÆSTIMATIONE JUDICIS EXTRAORDINARII.

## SUMMARIA.

I. Quinam judices extraordinarii sit intelligentur. II. Arbitri Compromissarii duplices. III. Arbitri differunt ab Arbitratore. IV. Arbitrorum Objectum. V. arbitrorum sententiis an & quatenus standum sit.

§. I.

**S**ecundum ea, quæ *supr. c. i. §. 7.* posuimus, restat nunc nonnulla etiam in medium proferre de Judicibus improprie & analogice talibus, quatenus & hi lites privatrum ex optimo & justo beneplacito estimant, sicut lites componant. Et quidem animus tantummodo est, paucis depingere illos judices extraordinarios, qui de communi & libero partium consensu ad controversias observato judiciorum ordine cognoscendas & estimatione sua definendas *l. 1. l. 13. §. 2. ff. de rec. arb. l. 14. pr. C. de Judic.* judices constituuntur, certo compromisso inter partes facto, ut has mediante laudo suo dirimant. *Dn. Struv. Jrpr. l. 4. t. 4. §. 15.* Missis jam iis, quos Delegatos s. Commissarios vocant, vel Principis, vel judicis Ordinarii *l. f. C. ubi & ap. quem. vid. tract. Ruland. de Commissar. Arnold. de Reyher. v. Commissio.* ubi plura de horum qualitate & officio; & aliis, quos praecipue in Saxonia frequentes describit *Dn. Carpz. Proc. t. 2. a. 3. per tot.*

§. 2. Arbitri autem ad interponendum laudum à partibus eliguntur vel ex legis sive scriptæ sive non scriptæ, h.e. anti-

antiquissimæ consuetudinis & obseruantæ dispositione l. 16.  
 Et f. C. de judic. ubi judex dicitur cogere posse partes, ut eli-  
 gent arbitros, si quando delegatos ante litis inchoationem  
 recusavere, ut suspectos. Jason. ad §. I. I. de Action. n. 9. &  
 dicuntur statutarii, à statuto. Lauterb. p. m. 88. Quo etiam  
 referunt Arbitros Austregarum. vid. plr. ap. Webner. Et Spei-  
 del. voc. Austrâge. vel (quos maxime nostros facimus) ex  
 voluntate partium libera, h. e. quæ omnem vim, metum,  
 dolumve excludit. Et hi in specie vocantur Compromis-  
 farii, (Schieds-Richter/ veranlaßte Richter/ Niederfahnd  
 Obmann Carpz. Proc. t. 2. a. 3. n. 35. Dn. Struv. Ex. 8. tb. 96.)  
 it, judices arbitrales. Nov. 82. c. II. §. I. Scilicet frequentis-  
 simus evenit, ut litigaturi in hac vel illa causa citius finienda.  
 l. f. ff. pro suo. l. 2. C. de re jud. Carpz. t. 1. a. I. num. 61. Arbi-  
 trum eligant, eique potestatem servato judicii ordine ean-  
 dem tractandi concedant, insuperque vel per pactum l. 13.  
 §. 2. Et 3. ff. de rec. arb. vel per stimulationem l. 31. ff. eod.  
 sibi invicem promittant, se statuosis sententia l. 11. §. 4. ff.  
 l. 5. pr. C. de recept. ne lis excrescat in infinitum l. 37. ff. b.  
 l. 16. C. de judic. & quidem communiter majoris firmita-  
 tis causa poena hujusmodi compromisso adjici solet. l. 3. §.  
 2. l. 11. §. 1. 2. Et 3. l. 28. ff. eod. Lauterb. p. m. 89. qua alteri li-  
 tiganti, sententiam amplectenti, (non fisco,) applicetur  
 l. 42. ff. eod. ne forte damnum sentiat. Nam, licet poena  
 fuerit omissa, nihilominus coram judge ordinario datur  
 actio ad interesse. l. 27. §. f. ff. b. t. c. 9. X. eod. In  
 locum poenæ olim introductum erat Juramentum. l. 4. Et  
 5. C. d. t. quod vero postea ob frequentiorem abusum &  
 metum perjurii à Justiniano sublatum per Auth. decernit.  
 C. de recept. Et Nov. 82. c. II. §. I. quamvis propter ejus objectum  
 in & per se indifferens, de J. Can. adhuc procedere statuat  
 Lauterb. in C. J. p. 89.

§. 3. Diximus autem consultò, quod arbitri à litigantibus constituantur ad decidendas lites secundum consuetum judiciorum Ordinem. Lauterb. p. 90. lit. Q. Nam eo ipso innuitur differentia inter arbitrum & arbitratorem. Hic enim nonnunquam adhibetur unice, ut componat causas amicorum ex bono & aequo, absque processus solemnitate, vel longo litis sufflamine. Gail. I. O. 150. n. 4. seq. tanquam amicabilis compositor Myrsing. dec. 6. resp. 55. Carpz. Proc. t. 2. a. 3. n. 35. & proxeneta vel Mediator (Schieds-Mann / gütlicher Beystand) I. 25. ff. locat. I. 76. profoc. Lauterb. p. 88. coram quo nullo opus est libello. Vinn. I. I. select. qu. 18. Cum contra arbitro incumbat, totum negotium more judicario solenni tractare, & si forte causa aliqua astimabilis proponitur, secundum ea, quæ supr. in c. 2. & 3. demonstravimus, decidere debet. Marant. in specul. p. 4. dis. 14. n. 2. Interim de horum differentia ulterius videri possunt Job. Petr. de Ferrar. in Pract. p. 246. n. 1. seq. Schurff. cent. 2. c. 29. n. 4. & 5. Carpz. Proc. t. 2. a. 3. n. 61. Struv. Ex. 8. tb. 96. Lauterb. p. m. 88.

§. 4. Causæ, quibus arbitri adhiberi possunt, nunc recensenda essent, verum, cum fere omnia negotia, quæ in præc. cap. pro ingenii viribus adduximus, huc pertineant, præmeditato & lubenter, (ne B. L. actum agendo simus fastidio,) de ulteriori prolixitate desistimus; id saltem monentes, quod utiliter & cum effectu vix procedat compromissum, nisi super causa privata arbitri, quam astimatione & arbitrio suo dirimere valent arbitri. Graviores enim c. 5. X. de recept. Zof. ad sit. ff. de arbitri. n. 9. uti majores requirunt judices, ita nec per arbitrios expediri possunt. Celsus nimisrum astimatio arbitri si laudum, quando de interesse publico controverritur. Huic enim per pacta privatorum præjudicari nequit. Magnif. Dn. Struv. Ex. 8. tb. 100. Lauterb.

terb. p. 90. lit. O. ubi plures causi excepti recensentur, à quibus generaliter arcēntur arbitri, add. l. 32. §. 6. & 7. ff. de rec. arb. In negotiis autem non prohibitis arbitri semper modum à compromittentibus præscriptum observare debent. l. 27. §. 4. ff. eod. nec quicquam enim extra illud facere possunt l. 15. & f. ff. d. t. Borcholt. p. 2. Conf. 6. & 23. quia tanquam conventio dat legem inter partes. Carpz. Proc. t. 6. a. 3. n. 22.

§. 5. Quemadmodum autem Arbitri suscepimus officium implere l. 3. §. 1. ff. de recept. & ut lites abbrevientur l. 16. C. de jud. Carpz. p. 1. c. 1. d. 13. & 15. sententiam ferre coguntur. A. de Reyber in Tb. v. Arbitr. n. 50. 51. seq. ita quoque partes litigantes eorum sententiae stare tenentur l. 76. ff. pro socio. sive æqua sit, sive iniqua. l. 27. §. 2. ff. b. hi enim functi sunt officio demandato. Guttierrez. quæst. Can. l. 2. cap. 2. num. 31. hinc fibi imputare debent, quod tales elegerint, eique notionem & affirmationem commiserint l. 27. §. 2. ff. sententia appellari possit. l. 1. C. eod. Carpz. d. def. 13. nisi arbitramentum evidenter sit iniquum, & dolus appareat. Schurff. cent. 2. c. 29. n. 1. & 3. Carpz. Proc. t. 2. a. 3. n. 51. ubicunque eom aliquid in liberam alicuius committitur voluntatem, intelligitur semper exclusa fraudulentia l. 60. §. 4. ff. mand. Schurff. c. 2. c. 12. n. 13. Unde Arbitri, licet possint facere ad libitum voluntatis sue, si tamen immoderate astiment, eorum laudum per exceptionem doli impugnari Brunn. in Comm. C. p. 156. & reduci potest ad arbitrium boni Viri seu iudicis l. 30. pr. ff. de oper. lib. quia ipsi non faciunt, quantum in se. Judices enim, quales arbitri repräsentant, sunt Viri boni l. 18. ff. jud. solv. qui nunquam, quod æquum & justum est, excedere creduntur. vid. quæsupr. in c. 2. prolix de hac materia notavimus.

## CAPUT VI.

De

## CONTRARIIS.

**A**Estimatio judicis tam Ordinarii, quam Extraordinarii, in quibus negotiis locum habeat, pro ingenii modulo in antecedentibus, cum primis cap. 4. ostensum fuit, restat igitur, ut tribus tantum verbis adjiciamus, quenam causæ eandem non recipient. Nimirum, uti omnia, quæ certo jure & legum authoritate ita sunt munita, ut ex verbis eaurundem tam aperta sit LLatoris voluntas, ut de ea dubitari amplius non possit, arbitrio judicis subducantur. *Wilb. Anton. de Freudenb. de Rescript. Morat. t. 9. concl. 55. n. 40. seqq.* *Gutierrez. qu. can. 6. n. 148.* ita quoque æstimatio cessat, ubi vel lex ipsa, (exempla vid. *inc. 1. §. 6. & c. 4. §. 6. supr.*) vel etiam litigantes ipsi justum pretium sufficienter demonstrare valent. Id quod facilius cognoscere licet, quo magis antea dicta perpendantur; Contraria enim juxta se posita magis elucescent.

---

**I**nterim hanc opellam B. L. ex bono & æquo itidem æstimabit, & si forte quædam corrigenda obveniant, ipse, si placet, emendabit.

**SOLI TRI-UNI DEO, SALUTARI MEO,  
SIT LAUS ET GLORIA IN SEMPER  
TERNA SECUla!**

POLI-

*HEM* *vol. 201*  
POLITISSIMO  
**PAULO ANDREÆ HEMMANNO,**  
U. J. Cultori

S. P.

## PETRUS MÜLLERUS D.

 Vemadmodum priscis temporibus pulvrem Olympicum curriculo collegisse maxima gloria fuit, palmaque nobilis Terrarum Dominos evexit ad Superos; Ita adhuc hodie Honor accendit virtutes, Favor que artes excitat. In Te video, *Vir amicissime*, qui in diversis Academiis commoratus jam publicè rationem reddis, quid in sacra Jurisprudencia profeceris, quam attente audieris, quam studiosè didiceris, quam accuratè meditatus sis, studia tua haud exigua cepisse incrementa, ut ad nominis gloriam expedita quadam & quasi compendiaria via perveniant. Enitere ergo & cura, quod jam egregiè prætas, ut ingenii, virtutis & doctrinæ dotes in Te porro agnoscantur; præser-tim in prælio hoc jurifono, ut Eques impiger, fortiter dimica, quo Victor abeas, ac devicta Themis palmam der, tuaque fama niveis triumpher equis. Vale, & ama pura mente  
102512 amaturum.

Æsti-

**A** Stimat eximios Themis hos, HEM-  
MANNE labores,  
Laudeque TE dignum judicat ipsa  
Themis.

Nobilissimo Domino Respond. Auditori suo constan-  
tissimo, Fauori astutissimo, gratulatur

**JOH. CHRISTOPH. Hartung /**  
Philos. & J. U. D.

**Q**VONDAM curriculo palverem Olympicum  
Sicut non minimum laudis erat decus  
Grajo colligere: ut præmia splendida  
Victori unanimis accumulata sunt  
Dextro plausibus; hac sic pariter tibi  
Tempestate, datum quā specimen tenax  
Desudasse docet curriculo probè  
Suscepto studium, plusibus adsumus  
Prompti votiferis, ut Tibi præmia  
Præstentur merito digna laboribus.

Peregrinio atque clare docto Dominio Autori, Respondenti,  
Amico, Inquilino, ac Commensali suo honorando hecce  
gratulabundus scribebat

**JOHAN. MART. Schrumpff /**  
Curiæ Provinc. Saxon. Protonot.

**J**UDICIS æstimio quales committere causas  
Condeceat, placidō dum reputare placet  
Dissidiō, validā cuivis ratione probatur,  
Numina te Themidos non cœluisse levi  
Æstimio sacræ Confirmor & omine certō,  
Æstimii fructus teque manere. Precor

Nobiliss. Domino Elaboratori gratulab.

**Jo. MELCH. Schend/ Wisilb.Th.**

\* \* \*





**ULB Halle**  
004 592 689

3



Sb.

KDN7





G.16. num. 29. 1690, 20 30

102

C. D.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
ÆSTIMATIONE  
JUDICIS,  
Von  
Richterlicher Sermässigung  
*Quam*  
ACADEMIÆ JE NENSIS RECTORE  
MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
JOANNE GVILIELMO,  
DVCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ  
AC MONTIUM ETC.  
PRÆSIDE  
PETRO MÜLLERO, JCTO,  
Consiliar. Saxon. Pandectarum Professore, Curia  
Provincialis & Scabinatus Assessor, ac Collegii Juridici  
DECANO,  
D. Februar. MDC XC.  
IN AUDITORIO JCTORVM  
*publice velitationi exponet*  
PAULUS ANDREAS HEMMANNUS,  
Gerà-Variscus.  
IENÆ, Typis PAULI EHRICHIL. 1712.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALIE